

# ¶RESOLVTORIVM

dubiorum circa cælebrationē
miſſarum ocurrentium per ve=
nerabilem patrē dominum Ioā
nem de lapid, doctorem
theologum pariſienſem:
ordinis cartuſieñ. ex ſa
crorū canonum pro
batorumq; docto
rum ſententijs
diligenter col
lectum.

¶Summa dubiorum re=
ſolatorum in hoc opere
contentorū ſunt, 166.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

b1457729x



# ¶ SVBSEQVENTIS operis in quo dubia circa miſſarum cælebrationem occurrentia pertractãtur: diſtinctio cũ ſummaria in ſingulis partibus contentorum expoſitione.

¶ Totus ſequens tractatus in decem capitula partitur.

Capitulũ primum. Præmittit intentionem collectoris cũ materia tractanda, tractandorũq; numero: diſtinctione: & ordine.

Capm. ſecundũ, tertium, quartum, quintum, ſextum, ſeptimũ, octauum, eſt de dubijs occurrentibus circa:
- ſecundũ: Miniſtrũ ſiue pſonã ad cælebrãdũ ydoneam.
- tertium: Locũ cælibrandi cõuenientẽ.
- quartum: Tps ↄgruũ quo cęlebrari debet.
- quintum: Materialia exteriora q̃ ad ornatũ vel cõgruentiã cælebratiõis requiruntur.
- ſextum: Cærimonias cõſuetas & obſeruandas in miſſa & circa eam: tam in agendis q̃ in dicendis.
- ſeptimũ: Materia ad conſecrandum aptam: panem ſcilicet & vinum.
- octauum: Cõſecrationis iſtius ſcr̃i debitã formã.



Capitulum nonum. De intentione ac ratione eorum quæ in miſſa dicuntur.

Capitulum decimum. De ratione & ſignificatione eorum quæ in miſſa & circa eam aguntur: cum breui epilogo & concluſione huius operis.

¶ Capitulum. j. duos habet articulos.

Arti. Primus — Præmittit collectoris intentionẽ: materiãq; tractandã annotat.

Arti. Secũd⁹ — Per reſolutionẽ dubij exponit tractãdorũ numerum: diſtinctionũ: atq; ordinem.

¶ Capitulum. ij. quinq; includit articulos.

Arti. j. Reſoluit ſex dubia circa miniſtrũ cælebraturum ratione ordinis & officij ſui executionis occurrentia.

i Quis ſit miniſter ad cælebrandũ ydoneus quantũ ad perſone cõditionẽ.

ij De eo q credit ſe in ſacerdotẽ rite eſſe ordinatũ: & tñ non eſt ſic ordinatus.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iij De eo qui poſt miſſam inceptam habet conſcientiam q̄ non ſit rite ordinatus.
iiij De hęretico, ſciſmatico, degradato &c. an. ſ. tales poſsint conficere hoc ſacramentū & ordinate cælebrare.
v De eo qui poſt miſſam inceptā recordaẗ vel percipit ſe eſſe excommunicatum: de quo prius nō habuit memoriam aut neſciuit.
vj De eo qui poſt miſſam inceptam habet remorsū de irregularitate.
Arti. ij. Reſoluit ſex dubia quæ incidunt circa diſpoſitionem corporis ipſius miniſtri.
j De ſacerdote muto vel priuato loquela.
ij De eo q habet aliquē alium corporis defectum.
iij De ſacerdate leproſo.
iiij De paciente morbum caducum.
v De eo q patiẗ fluxum ſanguinis vel ſeminis.
vj De polluto pollutione nocturna.
Arti. iij. Reſoluit decē dubia emergētia circa habitudinē mētis ipſius miniſtri cælebraturi quantū ad intentionē, vſum rōnis cultam & gratiam.
j An requiratur intentio miniſtri.
ij Quid cælebraturus intendere debeat.
iij Qualis debeat eſſe intentio: an ſcilicet actualis requiratur.
iiij De ſacerdote furioſo, lunatico, vel alia ex cauſa vſu rationis priuato.
v De ſacerdote demoniaco.
vj De eo qui eſt in peccato mortali.



vij De certitudine requiſita q̄ non ſit in peccato mortali.
viii De eo qui ſe eſtimat eſſe in peccato mortali: licet non ſit.
ix De eo qui poſtq̄ miſſam incepit vel præparatus eſt recordaẗ pcti mortalis de quo nō eſt cōfeſ.
x De perpetrante peccatū luxuriæ, & ſtatim poſt hoc pœnitentie ac confitente.
Arti. iiij. Reſoluit ſeptem dubia quæ oriuntur circa ieiunium: ſobrietatem: & ſomnū miniſtri.
j De ieiunio ad miniſtrū cælebraturū requiſito.
ij De recordāte p⁹ miſsā iceptā ſe ieiuniū ſoluiſſe.
iij De eo qui tranſglutiuit reliquias poſt comeſtionem in ore relictas.
iiij De eo qui gargaricando vel os lauando: parum aquæ aut vini tranſglutiuit.
v De eo qui cibum vel potum tarda hora ſumptū nondum digeſsit.
vj De eo qui vomitū patitur vel paſſus eſt.
vij De eo qui per totam noctem non dormit.
Arti. v. Reſoluit quinq; dubia circa cælebrationis abſtinentiam eiuſdēq; frequentiā occurrentia.
j De omnimoda cælebrationis abſtinentia.
ij De cælebrationis frequentia.
iij De cælebratione quottidiana.
iiij De eo qui ad cælebrationem bene diſpoſitus eſt & tñ abſtinet propter ſacramenti reuerentiam.
v De cælebratione vno die pluries fienda.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Capitulum tertium duos cõtinet articulos

Arti.j. Reſoluit quinq; dubia circa locum cælebrandi communem videlicet eccleſiam incidentia.
j Quis ſit locus communis debitus & conueniẽs ad cælebrandum.
ij An licite poſsit qs extra eccleſiam cælebrare.
iij Quid agendum ſit in aliqua regione non inueniatur eccleſia conſecrata.
iiij An in mari aut fluminibus liceat cælebrare.
v An in om̃i loco cõſecrato licite poſsit cælebrari

Arti.ij. Reſoluit ſex dubia quæ circa locum propriũ ſcilicet altare: occurrere poſſunt.
j An licite cęlebrari poſsit ſup aliquo alioq̃ altari
ij De qualitate altaris.
iij De operimentis & ornatu altaris.
iiij An ſupquolibet altari ↄſecrato liceat cęlebrare
v De altaris portatilis & ad cælebrandum apti quantitate.
vj De obmiſsione alicuius ſupra poſitorum.

## Capitulũ.iiij.duos articulos cõpræhendit.

Arti.j. Reſoluit quatuor dubia occurrentia circa tẽpus cælebrandi cõmune: videlicet diem.
j An indifferẽter ĩ nocte & die liceat cælebrare?
ij An ne aliqua nocte qs licite poſsit cælebrare?
iij An liceat ante initium diei cælebrare?
iiij De cælebrãte qui credit diem incepiſſe: & tamẽ nondum incepit.



Arti.ij. Reſoluit tria dubia quæ ſe offerunt circa tempus cælebrandi proprium: ſcilicet horam.
j Qua hora diei cælebrare liceat.
ij A quo tẽpore accipiendũ ſit principiũ diei.
iij De nõ obſeruãte tẽpus cælebrãdi debitum.

## Capitulum.v.tres habet articulos.

Arti.j. Reſoluit quinq; dubia quæ circa veſtes & indumenta ſacerdotalia inſurgunt.
j An cælebraturus ſpecialibus debeat indui veſtibus & indumentis?
ij Quæ & quot ſint huiuſmodi indumenta.
iij De benditione talium.
iiij De cælebrante abſq; veſtibus & indumẽtis benedictis.
v De munditia talium veſtium & indumentorum cæterorumq; correquiſitorum.

Arti.ij. Reſoluit quattuor dubia quæ circa vaſa ad cælebrandum opportuna occurrunt.
j An ad cælibrandum ſpecialia requirunt̃ vaſa?
ij Quæ & quot ſint huiuſmodi vaſa.
iij De materia talium vaſorum.
iiij De conſecratione talium.

Arti.iij. Reſoluit octo dubia circa circunſtantias: & alia exteriora occurrentia.
j De neceſsitate libri miſſalis.
ij De exigentia ignis ſiue luminis candelæ.
iij De opportunitate miniſtrãtis ipſi cælebranti.
iiij De conditione & qualitate miniſtrantis.



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

v Quid ſi miniſtrans recedat de altari dimittendo cælebrantem ſolum & poſtea non reuertatur?
vj Quid ſi poſtea reuertatur?
vij Quid de ſacerdote recluſo vel heremita & ſolitario, cælebratio?
viij Quid ſi quis obmittat aliquid de ſupradictis requiſitis.

¶ Capitulum. vj. tres inſe claudit articulos.

Arti. Reſoluit. x. dubia quæ oriuntur circa agenda & dicenda ante miſſam.
j An aliquid ſpecialiter añ miſſam agendũ ſit?
ij De debita & ſufficiẽti ꝑparatione ad cælebrãdũ
iij Qualiter & in quibus cælebraturus ſe debeat ꝓbare & examinare?
iiij Quanta requiratur diligentia ad prædictã examinationem.
v De certitudine ſufficientis diligentiæ.
vj In quo conſiſtat ſufficiẽs cõſcientiæ purgatio.
vij Quid ſi cælebraturꝰ nõ poſsit habere cõfeſſorẽ?
viij De ornatu conſcientie cælebraturi.
ix An requiratur perſolutio horarum canonicarũ ante cælebrationem?
x An præter ſupradicta ſint aliqua alia ante miſſam dicenda vel agenda?
Arti. ij. Reſoluit quatuordecim dubia circa dicenda & agenda in miſſa modumq; dicendi atq; agendi: incidentia.
j Quæ ſunt in miſſa dicẽda & agenda: & quo mõ.



ij An aliquid in miſſa dici debeat quod in miſſali non continetur?
iij An verba canonis ſecrete dici debeant?
iiij An cætera: alta & intelligibili voce dici debeãt?
v An in memorijs debeat aliquorum fieri nominatio?
vj An ante cælibrationem poſsit haberi memoria aliquorum nominatim?
vij An requiratur attentio cælebrantis circa dicenda & agenda?
viij An deuotio in cælebrante requiratur?
ix An cælebrans debeat ſtare capite diſcooperto?
x De quo debeat fieri ablutio poſt ſumptionem ſanguinis.
xj An ſacerdos a miſſa incepta poſsit deſiſtere?
xij Quid ſi ſacerdos miſſa incepta moriatur vel infirmitatem incidat?
xiij Quid ſi cælebranti ſanguis per nares erumpere incipiat.
xiiij De ſacerdote obmittente aliquid vel aliqua de ſuperioribus.
Arti. iij. Reſoluit quattuor dubia quæ occurrunt circa dicenda agenda & cauenda: poſt miſſam.
j An aliqua ſpecialiter ſint dicenda poſt miſſæ cælebrationem?
ij An aliqua ſint ſpecialiter agenda poſt miſſam?
iij Quæ ſint poſt cælebrationem cauenda.
iiij An ſtatim poſt miſſæ cælebrationem liceat comedere vel biuere?

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Capitulum .vij. ſex continet articulos.

Arti.i. Reſoluit ſex dubia circa panem conſecrandũ occurrentia.
i Quis & qualis debeat eſſe panis cõſecrandus?
ij Quid ſi ſacerdos percipiat panem non eſſe triticeum vel indebite confectum.
iij Quid ſi panis appoſit⁹ pcipiat eſſe corruptus.
iiij Quid ſi panis nõ fuerit appoſit⁹ vel oblat⁹ &c.
v Quid ſi panis ſit depoſitus ad corruptionem?
vj An in aliquo caſu ſacerdos poſsit dicere miſſam & non conſecrare?
Arti.ij. Reſoluit octo dubia quæ incidunt circa panem conſecratum ante ſumptionem.
i An ſacerdos panẽ cõſecrans: teneat ſumere?
ij An in tali caſu teneatur ſemp totum ſumere?
iij Quid ſit agendum de particula ab hoſtia conſecrata reſelutis?
iiij Quid ſit agendum ſi hoſtia vel pars eius ceciderit in calicem de manu cælebrantis?
v Quid ſi ceciderit hoſtia vel pars eius ſuper terram: aut lapidem vel aliud huiuſmodi?
vj Quid ſi ſacerdos tangat hoſtiam cum naſo barbamento aut veſte.
vij Quid ſi hoſtia cõſecrata aliquo caſu fuerit amota de altari & amiſſa?
viij Quid ſi corpus chriſti appareat ſub ſpecie carnis vel pueri?
Arti.iij. Reſoluit ſeptem dubia circa corpus chriſti poſt ſumptionem occurrentia.



i Quid ſi in ſumptione ſanguinis remaneat pars hoſtiæ in fundo calicis?
ij Quid ſi poſt ſumptionem ſanguinis reperiãtur particule de hoſtia reſolute?
iij Quid ſi poſt ſumptionem ſanguinis reperiatur ſuper altari hoſtia aliqua integra?
iiij Quid agendum: ſi cælebrans ſtatim poſt ſumptionem corporis chriſti patiatur vomitum.
v Quid ſi quis poſt ſumptionem ſtatim emittat p ſeceſſum.
vj Quid ſi hoſtia conſecrata & reſeruata inueniatur putrefacta aut corrupta.
vij Quid ſi hoſtia conſecrata comeſta fuerit a mure vel alio animali bruto.
Arti.iiij. Reſoluit quatuordecim dubia quæ ſe ingerunt circa vinum: priusq̃ conſecretur.
i Qđ & quale debeat eſſe vinum conſecrandum
ij Quid ſi loco vini ali⁹ liquor fuerit poſit⁹ ĩ calicẽ
iij Quid ſi impoſitum fuerit vinum corruptum.
iiij Quid ſi negligẽtia nihil in calicẽ poſitũ fuerit.
v Quid ſi vinum calici impoſitum ſit diſpoſitum ad corruptionem.
vj An in muſto poſsit confici hoc ſacramentum?
vij An vue ĩtegre pmiſceri poſsit vino cõſecrãdo?
viij An confici poſsit hoc ſacramentum in nectare, vel vino condito?
ix An poſsit cõfici in vino puro ſine cõmixiõe aq̃?
x Quæ & q̃lis debeat eſſe aqua uino pmiſcenda.
xj De quantitate aquæ permiſcende.
xij An ſufficiat q aqua vino pmiſceat in dolio?

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

xiij An liceat cælebranti non conſecrare vinum, fa-
cta prius conſecratione panis?
xiiij Quid ſi vinum dum conſecrari debet depræhẽ-
datur congelatum?
Arti v. Reſoluit octo dubia circa vinum conſecratũ
ante ſumptionem incidentia.
i Quid ſi cælebrans poſt conſecrationem perci-
piat aquam non fuiſſe vino admixtam:
ij An cælebrans teneatur ſemper ſumere vinũ cõ-
ſecratum ſiue ſanguinem chriſti.
iij Quid ſi ſacerdos aliquis non poſsit ſumere vi-
num. & ita neq; ſanguinem.
iiij Quid ſi cum ſumi debet ſanguis: ſpecies vini ſit
congelata.
v Quid ſi aranea: muſca vel aliud huiuſmodi ceci-
derit in ſanguinem.
vj Quid ſi ante ſumptionem cælebrans percipiat
venenum eſſe immiſſum.
vij Quid ſi ſanguis in parte fuerit effuſꝰ, aut de ca-
lice ſtillauerit.
viij Quid ſi ſanguis ex toto fuerit effuſus.
Arti. vj. Reſoluit ſex dubia quæ circa ſanguinẽ poſt
eius ſumptionem occurrunt.
j Quid ſi ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis ꝑ-
cipiat aliquam guttam adherere calici.
ij Quid ſi huiuſmodi guttam percipiat adherere
caſule: manipulo: vel altari huiuſmodi.
iij De ablutione digitorum facienda ſuper calicem
poſt ſanguinis ſumptionem.
iiij De eo qui poſt ſumptionem corporis vel ſangui-
nis xp̄i vrgetur ſputo vel tuſsi vel ſcreatione?
v De patiente vomitum poſt ſanguinis ſumptionẽ
vel emittente per ceſſum.
vj Quid ſi ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis de-
pręhẽdat venenũ aut animal venenoſum fuiſſe
in calice.

## ¶ Capitulum. viij. duos complectit articulos.

Arti. j. Reſoluit ſexdecim dubia circa formam conſe-
crationis panis emergentia.
j Quæ ſit ſufficiens & debita forma conſecratio-
nis panis.
ij An hæc cõiunctio: Enim: ſit de ſubſtãtia formę?
iij An ſacerdos proferens ſolum verba conſecratio-
nis ſuper panem aptum: conſecret illum.
iiij An p illa ꝟba ĩ aliđ ydioma mutata, fiat cõſecra.
v An ſacerdos addendo aliqua alia verba ad præ-
dictam formam: conſecret?
vj An diminuens vel ſubtrahens aliquid deprędi-
cta forma conſecret?
vij An cõgrue ꝓferẽs ꝟba cõſecrationis: conſecret?
viij An faciens traſpoſitionẽ verborum, conſecret?
ix An faciens interuallum in prolatione verborum
conſecret?
x Quid ſi cælebrans non recolat ſe dixiſſe verba
conſecrationis aut aliqua alia quæ dici debent
xj An ſacerdos per illam formam poſsit conſecrare
panem abſentem.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

xij An poſsit conſecrare omnem panem præſentē: in quacunq; quantitate fuerint?

xiij An ſacerdos verba conſecrationis ꝓferendo: cōſecret omnē panem ſuper altari exiſtentem.

xiiij An pluribꝰ hoſtijs appoſitis: & ſacerdote intentionē ſuā in ꝓlatione verborū ſolū in illā dirigēte quam manu tenet: omnes conſecrentur?

xv Quid ſi ſacerdos intendat conſecrare ſolū centū hoſtias & appoſite ſint plures vel pauciores

xvj Quid ſi appoſite ſint multe hoſtie: & ſacerdos intendat ſolum aliquas illarum conſecrare?

Arti. ij. Reſoluit tria dubia quæ incidūt circa formā conſecrationis vini.

j Quæ ſit ſufficiens & debita forma conſecrationis vini.

ij An omnia verba in illa forma poſita: ſint de ſuſtantia formæ?

iij De ſignificatione huius dictionis: calix: & forma prædicta.

¶ Capitulum. ix. ſex inſe tenet articulos.

Ar. j. Præmittit diuiſionē totiꝰ miſſe ī quinq; partes principales In quarum — prima, ſecūda, tertia, q̃rta, quita — fit — Præpatio. Oblatio. cōſecratio Sumptio. Gratiaꝝ acti.



Arti. ſecūdꝰ, tertius, q̃rtus, quintꝰ, ſextus — Subdiuidit partem — Primam, Scđam, Tertiam, Quartā, Quintā — Et exponit intentionē ac rōnē eorū q̃ ī ipſa dicuntur.

¶ Capitulum. x. habet articulos duodecim.

Ar. ꝓmꝰ — Enūerat decē gñalia, q̄ ī miſſa ꝑſertim ſolēni & circa eā agunt, quoꝝ — ꝓmum, ſcđm, tertiū, q̃rtum, quitū, ſextū, ſepti. octa. nonū, decim. — eſt — Lotio. Thurificatio. Altaris oſcul'tio Sacerdotis verſio & ſalutatio. Geſtus variatio.

ſecūdꝰ, tertiꝰ, quartꝰ, quintꝰ, ſextus, ſepti. octauꝰ, nonus, decim. vnci. — Declarat rōnē & ſignificationem. — primi, ſecūdi, tertij, quarti, quinti, ſexti, ſepti. octaui, noni, decimi — Iterata p crucces ſignatio: Hoſtie fractio Partis hoſtie ī calicē miſſio. Oſculi pacis datio. Vini nō conſecrati ſumptio.

duodecimꝰ: cōtinet breuem epilogū, cū cōcluſiōe huiꝰ opis.

¶ FINIS ſummarij.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

¶Incipit tractatus dubiorum ac difficulta
tum circa officium miſſe & ea que ad debi
tam eiuſdem cælebrationem exiguntur fre
quentius occurrentium: iuxta ſacrorum ca
nonum conſtituciones/ probatorumqꝫ do
ctorum firmiores atqꝫ tutiores ſententias/
reſolutorius.

¶Capitulum primum. De intẽtione colle
ctoris: & materia tractãdorumqꝫ numero:
diſtintione atqꝫ ordine: duos continens ar
ticulos.

Arti.j. Præmittens præfationem: intẽtum tractã
daqꝫ exponentem.



Præfatio.

OFFICIVM QVAN
to maius & dignius eſt: tanto cũ
maiori cura: ſolicitudine atqꝫ di
ligentia exercẽdũ eſt. Grauius
enim quis delinquit: ſi exequẽ-
do circa hoc negligentiam: defectum: vel er
rorem aliquem admiſerit. ¶Itẽ omnia aũt
officia humane facultati commiſſa non eſt
aliquod maius dignius aut difficilius q̃ debi
ta miſſarum cælebratio. In qua ſacramentũ
præcioſiſsimi corporis & ſanguinis ieſu xp̃i
redemptoris noſtri conſecratur: immolatur
& ſumitur. Sacro canone atteſtante: Non
modica inquit res eſt vnam miſſam facere.
& valde fœlix eſt qui vnam digne cælebra-
re poteſt. Reſtat igitur vt nusq̃ cum grauio
ri periculo peccetur: q̃ ſi in executione huiꝰ
digniſsimi officij negligentia vel error com
mitatur. Et propter vt ſacerdotes ſimplices
qui noticiam canonũ non habent: neqꝫ ſem
per facilẽ recurſum ad ſuperiores ſuos aut
ad viros doctos habere poſſunt: melius ca-
uere valeant ne circa maximum illud myſte
rium deficiant vel errent. Et vbi aliquod ho
rum contigerit: debitis remedijs emendare
ſciant: valde vtile atqꝫ neceſſarium fore iu-

De conſe. di. j. c. ſufficit. & extra de cele. miſſa. c. te referente.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

dicauimus vt circa hæc opportuna eis tra-
datur inſtructio.

¶ Quod vt lucidius fiat: circa ſingula quæ ad debitam miſſæ cælebrationē exiguntur: dubia frequentius occurrentia mouebunt. Ex quorū reſolutionibus: congrua ipſiꝰ defectibus & erroribus remedia atq; cautele poterunt adhiberi.

Arti.ij. Numerū diſtinctionē & ordinē tractandorū p dubij reſolutionē prænotans.

¶ Ad prænoticiam tractandorū præmittitur hoc dubium.

j ¶ Quot & quæ ac debitam ac ordinatam dignisſimi ſacramenti euchariſtię & miſſę cælebrationē reqrant

Sol. Huius ſunt nouem gñalia ſequētia ad quæ oĩa neceſſaria reduci poſſunt.

j Miniſter ſiue ſacerdos ad cælebrandum ydoneus.

ij Locus cælebrandi conueniens.

iij Tempus cælebrandi congruum.

iiij Materialia ad ornatū vel cōgruētiam cælebrationis opportuna: vt veſtes: vaſa: & cætera huiuſmodi.

v Cærimonie ĩ dicēdis & agēdis cōſuete

vj Materia ad cōſecrā. apta. ſ. panis & vi.

vij Forma conſecrationis vtriuſq; debita.

viij Noticia intentionis ac rationis eorum quæ in miſſa dicuntur.



ix Intelligētia rõnis & ſignificationis eorū quæ in miſſa & circa eã aguntur

¶ Circa hæc: quæ dubia ac difficultates ſæpius obuient ſacerdotibꝰ miſſas cælebraturis aut cælebrantibꝰ: p nouē ſequentia capitula elucidabitur.

## ¶ Capitulum ſecundū de dubijs occurrentibus circa miniſtrū ſiue pſonam ad cælebrandum ydoneam: quinq; includens articulos.

Arti.j. Sex dubia reſoluens circa miniſtrū cælebraturum ratione ordinis & officij ſui executionis occurrentia.

j ¶ Quis ſit miniſter idoneus ad cælebrandum & conficiendum ſiue conſecrandum corpus & ſanguinem chriſti.

Sol. Solus ſacerdos rite ordinatus.

ij ¶ Vtrum ille qui credit ſe rite eſſe ordinatum & tamen non eſt rite ordinatꝰ: conficiat hoc ſacramentum.

a Sol. De hoc non habetur certitudo: pie tamen credi poteſt ꝙ conficiat virtute eccleſiæ: & ꝙ ſummꝰ ſacerdos ſuppleat defectum & ꝙ nō pmittat periculum imminere eccleſiæ & eam decipi.

iij ¶ Quid agēdum. Si quis poſt inceptã miſſam habeat conſcientiam ꝙ non ſit ſacerdos rite ordinatus.

Sol. Si hoc contingat ante conſecrationē

Et de conſe. di. j. c. ſicut in de cre. d xxv c. p. lectis & de ſum tri. & fi. ca c. firmiter §. vna. a. S. tho. iiij. d. 24. Bonauē. i iiij. di. xiij



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tũc dimittat miſſam imperfectam: aut cõ ſcientiam deponat. ſi poſt conſecrationẽ: procedat: & poſtea ſuperiorem ſuum accedat & caſum ei exponat.

iiij Vtrum hæreticus: ſciſmaticus, degradatus, infamis, irregularis, excommunicatꝰ interdictus vel ſuſpenſus: poſsit cõficere hoc ſacramentum: & ordinate cælebrare.

iiij. ſen. di xiij.

Sol. Quilibet iſtorum poteſt cõficere: ſed non debet: quia cõficiendo peccat. Et ita nullus ipſorum põt ordinate cælebrare.

v ¶ Quid agendum ſit: ſi quis poſt miſſam inceptam recordetur ſe eſſe excõicatum: de quo prius non habuit memoriam.

S. tho. iij. p. q. 83. ar. vj. ad. ij.

Sol. Si contingat hoc ante conſecrationẽ totiꝰ eſt vt miſſam deſerat: niſi grauæ ſcã dalum timeatur. Si vero poſt conſecratio nem: aſſumat propoſitum humiliter petẽ di abſolutionem & ſatiſfaciendi: & proce dat in miſſæ cælebratione.

vj ¶ Quid agendum ſi quis poſt miſſam in ceptã habeat remorſum de irregularitate

Bona. iiij. ſen. di. 24

Sol. Si fiat ante conſecrationem: totiꝰ eſt ꝙ miſſam deſerat. Si uero poſt conſecrationem: doleat & proponat atq; conetur facere quod in ſe eſt: & procedat.

Arti. ij. Reſoluens ſex dubia quæ incidunt circa diſpoſitionẽ corpis ipſius miniſtri.

i ¶ Vtrũ ſacerdos mutꝰ vel loq̃la priuatꝰ:



poſsit conſecrare ſeu conficere hoc ſacra mentum.

Sol. Nõ oportet eñ conficientẽ habere fa cultatem ſermonis ſiue loquele: quam ſi amiſerit poſt ſuſceptũ ordinẽ: cõficere nõ poteſt, eo ꝙ nõ poteſt verba conſecratio nis & alia proferenda vel dicenda dicere

ij ¶ Vtrũ habens aliquem alium defectum in corpore: poſsit miſſam cælebrare.

Sol. Si habet aliquem defectũ qui reddit eũ inhabilẽ aut impotentẽ ad dicendum, vel faciendum ea quæ ad debitam cælebrationẽ exiguntur: vt puta ſi careat viſu vel digitis quibus tractari leuari vel frãgi debet hoſtia. ¶ Vel ſi habet alium defe ctum notabilem: qui ſecundũ iudiciũ prę lati ſui ordinarij generet ſcandalum ſi cæ lebret: non poteſt cælebrare q̃uis poſsit alia q̃ ſunt ſacerdotalis ordinis exercere.

iij ¶ Vtrũ leproſus poſsit cælebrare miſſã.

Sol. Si nõ ſit factꝰ impotẽs p corroſionẽ mẽbrorũ põt cęlebrare ĩ occulto. ¶ Corã alijs tñ leproſis põt etiã ĩ publico cęlebr. Hugo. 4ꝰ di. 5. hinc etenim.

iiij ¶ Vtrum patiens morbum caducum poſ ſit cęlebare.

Sol. Si cadat frequẽter: vel emittat ſpumã aut vocẽ cõfuſam: nõ põt. Si vero raro ca dat nec emittat ſpumam &c. poteſt dummodo habeat coadiutorem ſacerdotem. Glo. in. c. cõmuniter xxxiij d. vij. q. ij. c. j.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

v ¶ Vtrũ patienti fluxum ſanguinis vel feminis: liceat cælebrare.

Sol. Licet: niſi aliud impedimẽtũ obſtet.

¶ Si quis talem fluxum ſanguinis patiatur: vt ſuſcepta in ſtomachũ ſtatim p ceſſum emittat: cęlebrare nõ debet.

vj ¶ Vtrum pollitus pollutione nocturna poſsit licite cælebrare.

Tho. iij. per. lxxx. ar. vij. &. iiij. di. ix. q. ij. &. xxij. q̃ſtio cliiij. ar. v

Sol. Pollutio nocturna q̃uis ſecundum ſe conſiderata non ſit peccatum exeo ꝙ abſqꝫ vſu liberi arbitrij contingit. tum ratione ſuæ cauſæ habet quandoqꝫ peccatum annexum: cuius eſt effectus vel ſignum.

¶ Ideo primo conſideranda eſt pollutionis nocturnæ cauſa. Quæ triplex eſſe poteſt. ¶ Prima eſt extrinſeca ſpiritualis. ſ. demonum illuſio: quæ quandoqꝫ prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad deuotionem præſertim cũ quis ad dormiendum accedit: quæ poteſt eſſe peccatum vel mortale vel veniale. Quãdoqꝫ vero prouenit ex ſola nequitia demonum volentium impedire hominem a ſumptione huius ſacramenti. ¶ Secunda cauſa eſt intrinſeca ſpiritualis ſcilicet cogitatio præcedens laſciua: quæ quãdoqꝫ eſt ex concupiſcentia & delectatione: vbi ſi aſsit conſenſus, erit peccatum mortale Si autem deſit. erit veniale. Quãdoqꝫ autem poteſt eſſe ſine omni peccato vt cum aliquis cauſa lectionis vel diſpoſitionis cogitur de talibus cogitare: Et ſi hoc fiat ſine concupiſcentia & delectatione non erit cogitatio immunda: ſed honeſta: ex qua tamẽ pollutio ſequi poteſt. ¶ Tertia cauſa eſt itrinſeca & corporalis: videlicet ſuperfluitas vel debilitas naturæ: aut ſuperfluitas cibi vel potus: quæ quandoqꝫ eſt cum peccato vel mortali vel veniali: vt cum prouenit ex ſuperfluitate cibi vel potus. Quandoqꝫ autem eſt ſine peccato vt cum prouenit ex infirmitate naturæ.

¶ Si igitur pollutio ex aliqua dictarum cauſarum contingit prout eſt cum peccato mortali: nõ licet polluto cælebrare niſi poſt viginti quatuor horas. ¶ Si vero accidat ex aliqua illarum cauſarum ſecundum ꝙ eſt ſine peccato vel ſolum cum veniali peccato. poteſt pollutus licite cælebrare. ¶ Veruntamen ſi propter reuerentiam abſtineat laudandus eſt: niſi neceſsitas vel vitatio ſcandali vrgeat. Verũ qa non ſemp de facili poteſt percipi ex quali cauſa proueniat. Ideo in dubio tuti⁹ eſt abſtinere: niſi vrgens neceſsitas incũbat: vel deuotio ſpãlis inſtiget: aut alias nulla idiſpoſitio debite reuerẽtiæ obuiãs aſsit.

Additio.

Et ſi ſolẽnitas tribuat aliquid que multũ recõpenſet tunc põt ſine remorſu conſentíe accedere. vt dicit S. bonan. iiij. di. xij. q. vlti ma



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

maxime ſecundun petrū de palu. ſi añ. mediā noctem acciderit.

¶ Ita ſentiendum videtur de pollutione nocturna: ſiue in ſomno ſiue in vigilia finiat. Niſi quis poſt euigilationē habeat conſenſu deliberato complacentiā in delectatione: & præcipue cum appetitu futuri operis: in quo caſu tutius abſtinet.

Arti. iij. Reſoluens decē dubia emergentia circa habitudinem mentis ipſius miniſtri cælebraturi: quantum ad intētionē vſum rationis: culpam & gratiam.

i ¶ Vtrū ad cōficiendū hoc ſacramentum & cælebrandum requirat intētio miniſtri

Sol. Cū ad pfectionē cuiuſlibet ſacramēti requirat intentio miniſtri: eo q perfecto illa ſit per actum humanū a uoluntate pcedentem: quæ p intentionē determinat & ſpecificat, conſtat q maximæ ad conficiendū & cælebrandum hoc excellētiſſimū ſacramentū exigit intentio miniſtri. Vnde & quædam glo. ſup Matheū dicit: Quantum intendis: tantum facis.

ij ¶ Quæ debeat eſſe intentio ſacerdotis: ſiue qd debeat intendere ſacerdos conſecrare volens.

Nota de intentione ſacerdotis.

Sol. In oībꝰ ſacerdos debet intentionem ſuā conformare intentioni eccleſiæ: hoc eſt: q intendat illud facere qđ eccleſia intendit & facit: cuius ipſe in hmōi eſt miniſter. Intendit aūt eccleſia facere qđ xp̄s fecit. Xp̄s vbo traſſubſtātiauit panē i corpus ſuū & vinū in ſanguinē p vba cōſecrationis: hoc etiā debet intēdere ſacerdos.



iij ¶ Qualis intētio circa plationē vborū cōſecrationis neceſſario reqrat. An. ſ. ſemp actualis exigatur vel aliqua alia ſufficiat. S.tho. iij. p. q. lxiij. ar. viij. ad. iij.

Sol. Intētio actualis nō neceſſario requiritur. Intētio aūt virtualis ſemp neceſſaria eſt. ¶ Dicit aūt intētio vtualis cū qs priꝰ habuit actualē intētionē cōſecrādi: & ex illa motꝰ eſt ad cōſecrandū: poſito q actualr nō cogitet qn̄ vba cōſecrationis pfert. vtualiter eñ manet intētio prima: & hęc ſufficit: niſi cōtraria ītētio ſubſequatur. Verūtn̄ ſtudioſæ curare debet ſacerdos vt etiā actualē intētionem adhibeat alioqn timēdū eſt q a pctō nō excuſetur

iiij ¶ Vtrū ſacerdos furioſꝰ, lunaticꝰ, vl alia ex cā vſu rōnis priuatꝰ: poſſit conficere hoc ſacramentum & licite cælebrare.

Sol. Quia ad cōſecrationē huiꝰ ſcri reqrit ītētio miniſtri vt circa reſolutionē primi dubij huiꝰ articuli patet. exigit etiā ad cęlebrationē deuotio & ſui ipſiꝰ examinatio: vt infra dicet. Iō ſi qs ita vſu rōnis q̄cūq ex cā ſit puatꝰ vt nūq̄ hęc hr̄e poſſit neq cōficere pōt neq cęlebrare. Si vero raro vſu rōnis puet & illo frequēter vtat neq obſtet aliud īpedimētū, cōficere qdē pōt eo ipſo & cęlebrare dūmodo habeat coadiutorem ſacerdotem. vij. q. j. c. illud.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In decre. di.xxxiij c. cõmuniter. v ¶ Vtrum demoniacus poſsit cęlebrare

Sol. Si fuerit ex toto liberatus poteſt cælebrare. alias non poteſt, quod per experientiam probari poteſt. Eſt autem tempus probationis arbitrariũ iuxta diſcretionem prælati, penſatis circunſtãntijs perſone vel dignitatis vel alijs huiuſmodi.

In. iiij. ſẽ di. xiij. vij ¶ Vtrum exiſtens in peccato mortali poſsit conficere hoc ſacramentum & licite cælebrare:

Sol. Comficere poteſt, ſed non debet, qa conſecrando peccat mortaliter. Vnde & cum cælebrat duo peccata mortalia diſtincta committit. Vnũ quia indigne conſecrat. Aliud quia indigne ſumit.

vij ¶ Vtrum cælebraturus teneat̃ eſſe certus ꝙ non ſit in peccato mortali.

Sol. Triplex inuenitur certitudo. Quędã ſupernaturalis ſiuæ per ſolam diuinã reuelationem habetur: & talis hic non regitur. ¶ Alia eſt naturalis, qua quis per ſenſum vel intellectum euidenter certus eſt de aliquo & illa etiã hic non eſt neceſſaria. ¶ Tertia eſt moralis ſiue ciuilis: quæ nec habetur ex reuelatione diuina nec ex euidentia rei: ſed ex probabilibus cõiecturis magis ad vnã partem q̃ ad alteram inclinantibus, &



ad iſtam tenetur cælebraturus in propoſito dubio vt videlicet poſt diligentẽ & ſufficientem conſcientiæ diſcutionẽ: de qua infra capi. vj. arti. j. tractabitur certus ſit modo prædicto ſe non eſſe in pctõ mortali: & hæc certitudo hic etiã ſuffic.

viij ¶ Quid ſentiendum de eo qui licet nõ ſit in peccato mortali: tamen ſecũdum conſcientiã ſcrupuloſam eſtimat ſe eſſe

Sol. Talis debet vel conſcientiam ſcrupuloſam deponere: vel a cælebratione abſtinere.

ix ¶ Quid agendũ: ſi ſacerdos poſtq̃ vel miſſam incepit vel ad incipiendum eſt præparatus recordetur peccati mortali de quo non eſt confeſſus? S. tho. iij. p. queſti lxxxiij. ar. 6. ad ij

Sol. Debet pœnitere cum præpoſito confitendi & ſatiſfaciendi: & ſi haberi poſſit confeſſorem: ſtatim cõfiteatur. Niſi hoc abſq; graui ſcandalo fieri nõ poſsit

x ¶ Vtrum perpetrans peccatum luxuriæ & ſtatim poſt hoc pœnitens & confitens: poſsit licite eodẽ die cælebrare?

Sol. Non licet: ſed abſtinere debet ad minus ꝑ viginti quatuor horas: vt ſupra dictum eſt articulo ſecundo de polluto pollutione nocturna.

Arti. iiij. Reſoluens ſeptem dubia: quæ oc

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

doc.the.
iiij.di.xij

De ieiu-
nio.
S. tho.
ſecũda ſe
cunde q.
cxlvij.ar.
vij.&iiij.
ſen. di. 8
q.j.ar.iii.
a Docto
theo.i.4
di.viij.
vij.q.j.c.
nihil.

currunt circa ieiunium, ſobrietatẽ & ſon-
num miniſtri cælebraturi.

i ¶Vtrum ſacerdos non ieiunus: poſſit cõ
ficere & cælebrare?

Sol. Duplex eſt ieiunium. Vnũ eſt eccleſię
quo. ſ. quis vnã comeſtionẽ vnius diei nõ
trãſgredit̃ & hoc nõ ſoluit̃ p ſumptionem
medicinę vel aliorũ q̃ nõ nutriunt: dũmõ
in parua quãtitate ſumant̃. Tale ieiuniũ
ſufficit cælebranti. a ¶Aliud eſt ieiuniũ
naturæ: quod eſt priuatio cuiuſcunq; ſuſ-
cepti in ſtomachũ: vel viã ad ſtomachum
per modũ cibi vel potus ſiue nutriat ſiue
non vel per ſe vel cum alijs. Suſcepti dici-
mus a principio diei a quo quis dicit̃ ieiu
nus: hoc eſt a media nocte. Et tale ieiuniũ
requirit̃ ad cęlebrantẽ. ¶Vñ ſi quis nõ ſit
hoc modo ieiun⁹ q̃uis poſſet conficere &
cęlebrare: tñ nõ debet qa grauit̃ peccaret
¶Et ideo cũ quis eſt plures miſſas eodẽ
die cælebraturus: non debet ſumere ablu
tionis vinũ: niſi in ultima miſſa: vt inferi⁹
circa reſolutionẽ vltimi dubij ar. v. huius
capituli dicetur.

S.tho.iij.
per.q̃ſtio
lxxxiij.
ar.vj.ad.2
b vt p3.c
comperi-
mus.7.c.

ij ¶Quid agendum ſi quis poſt miſſam in-
ceptam recordetur ſe ieiuniũ ſoluiſſe?

Sol. Si recordet̃ ante conſecrationẽ: tuti⁹
eſt ꝙ ceſſet niſi grauæ ſcandalũ timeatur
¶Si poſt cõſecrationem procedat & per-



ficiat, non obſtante ꝙ non ſit ieiunus: b
quia præceptum de pfectione ſacramẽti
maius eſt: q̃ pceptum ꝙ a ieiunis ſumat̃.

iij Vtrũ tranſglutiens reliqas q̃ poſt come-
ſtionẽ in ore remanſerũt: poſſit cælebra.

Sol. Si caſualiter tranſglutiantur: nõ impe
diũt cęlebrationẽ: qa nõ traijciunt̃ p mo
dũ cibi vel pot⁹ ſed ſaliuæ: cui pmiſcent̃.
Si vero ſtudioſæ id fiat: abſtinendum eſt

iiij c ¶Quid ſi qs gargarizando vel os mũ
dando parũ aquæ aut vini tranſglutiat.

Sol. Sicut in dubio præcedenti.

v ¶Si qs tarda hora comederit vel bibe-
rit & nõdũ digeſſerit: vtrũ ei liceat cęleb.

Sol. Si ex hoc nõ reddat̃ multum indiſpo
ſitus ad debite cælebrandum: licet. Si vo
ex hoc multum pturbet̃ & indiſponatur:
tuti⁹ eſt vt abſtineat. Vnde dic. glo. circa
cañ. nihil. vij. q. j. Si quis etiã ante mediũ
comederit: & adhuc ſentiat eructationes
quia cibus non eſt digeſtus q̃diu ſentiat
cibum: abſtinebit a cælebratione.

relatũ de
conſe.di.
ij.
S.tho.iij.
per.q̃ſti.
lxxx.ar.
viij.ad.
iiij.&iiij
ſen.di.8.
q.j.ar.iiij
c S.tho.
vbi ſupra

vj ¶Vtrum patiens vomitũ vel iam paſſus
licite cælebrare poſſit?

Sol. Si qs ex infirmitate ſuſtineat illã paſ
ſionẽ, abſtinere debet quouſq; ſanetur.

vij ¶Quid ſi p totã noctẽ non dormiuerit?

Sol. a Sicut in præcedenti dubio. Dicit
enim gloſa in capitulo Si conſtiterit de

Additio.
a Omnis
cib⁹ ſum
ptus poſt
mediam
noctem
impedi-
cælebra-

Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de accu. de vinolento qui in taberna pernoctauit & altera die nulla pręmiſſa dormitione cęlebrauit: ꝙ non videtur ieiun⁹ ſed pranſus cęlebraſſe: propter indigeſtionem. Et glo. circa cano. ſacrā de cõſe. di. j. Ieiunium inquit dico cęlebrata digeſtiõe

tionem ſi autē. añ. etiā ſi ſonus nec ĩdigeſtio ſequatur & hoc intellige ſi ex talib⁹ mēs non multum perturbetur S. tho iij. per. q. lxxx. ar. viij. ad. v.

Arti. v. Reſoluens quinqꝫ dubia circa cęlebrationis abſtinētiam eiuſdemqꝫ frequētiam occurrentia.

i ❡ Vtrum liceat ſacerdoti omnino a cælebratione abſtinere.

Sol. Si ſacerdos per ſententiam eccleſiæ ſit ordinis executione priuat⁹: vel ex debilitate aut ęgritudine factus ſit impotēs vel ineptus ad cælebrandum: non tenetᷣ cęlebrare. Si vero non ſit priuatus ꝑtāte cælebrandi. aut alias factus impotēs vel ineptus: tunc non licet ei omnino abſtinere: quin ſaltem teneri videatur ad cęlebrādum in pręcipuis feſtis. Et maximæ in illis dieb⁹ ĩ qb⁹ fideles cõicare cõſueuerũt

S. tho. iij. per. q̄ſtio lxxxij. ar. x.

ij ❡ Vtrum expediat ſacerdoti vt frequenter cęlebret?

Sol. Si frequenter ſit ad cęlebrandum diſpoſitus: expedit vt frequenter cęlebret.

❡ Gratiſsimum enim ſacrificium illud eſt domino: & magnas atqꝫ ĩenarrabiles hoc ſacramentum virtutes habet. Ideo putile eſt frequenter cęlebrare & ſumere: vt

❡ Aditio Euchariſtia ďbet freq̄nter ſumi ad reſtaurationē perdite de-



fructus eius ſępius ac frequēti⁹ ꝑcipiatᷣ.

iij Vtrũ liceat alicui quottidie cęlebrare.

Sol. Circa uſum ſacramenti ex parte cęlebrantis & ſumentis duo requiruntur. Primum eſt deſiderium coniunctionis ad chriſtum: quod fit per amorem. Secundũ eſt reuerentia: quę pertinet ad timorem. Primum iſtorum incipit ad quottidianā huius ſacramenti frequentationem. Secundum vero extrahit. Vnde ſi quis experimentaliter cognouerit ex quottidiana cęlebratione feruorem amoris augeri & reuerentiam nõ minui: talis quottidię cęlebret: Si quis autem ſenſerit per quottidianam frequentationem reuerentiam minui & feruorem non multum augeri: ille interdum abſtineat. vt cum maiori reuerentia & deuotione poſtea cęlebret.

uotionis & feruoris. ſ. tho. iiij. dl. xij q. iij. ar. j. q̄ſtiõe. j. S. bonua. in. iiij. d. xij. ſ. tho iiij. d. xiij q. iij. ar. j. & iij. per queſtio. lxxx. ar. decimo. De quotidiāa celebratione.

iiij ❡ Vtrum quis ſic diſpoſitus vt laudabiliter poſsit cęlebrare & poſsit etiam laudabiliter propter ſacramenti reuerentiā abſtinere: melius ac laudabilius faciat a cęlebratione abſtinendo q̄ cęlebrando.

Sol. In tali caſu: melius ſalubrius & laudabibius eſt vt cęlebret q̄ ꝙ abſtineat. Nam ex cęlebratione multos fructus huius ſacramenti percipere poteſt. vt patet ex reſolutione ſecundi dubij pręcedentis: quibus abſtinendo priuatus. a ❡ Cęlebratio

Additio. a Si non ſunt tanta peccata vt ex cõmuni-

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cetur qs: nō ſe debet a medicina corporis & ſanguinis dñi ſeparare de conſe.di. ij.c.ſinō. quia nihil pter peccatum mortale impedit neceſſario ſumptionē eucharistie ſ3 bñ de congruo vt notat. S.tho.iiij di.ix.ar. iiij.q.ij. & iij.p.q lxxx.ar. vij.

præterea ex charitate procedit: abſtinentia vero ex timore: vt patet ex reſolutione tertij dubij. Charitas autem timori pfertur. Nec validum eſt ꝙ abſtinēs ſe putat poſtea melius fore diſpoſitum: quia fieri poteſt vt minus fiat diſpoſitus. Incertum eſt etiam ſi vnq̄ deinceps ſit cælebraturus. Stat etiam ꝙ cælebrando aſſequatur aliquam gratiam ſpecialem: quā abſtinendo non contingit nec vnq̄ fortaſsis recuperabit.

¶ Vtrum liceat alicui plures miſſas vna die cælebrare?

Sol. In die natiuitatis dominicæ poteſt qs tres miſſas cælebrare: vt habetur de ce. miſ. cōſuluiſti. Addūt doctores quatuor caſus neceſsitatis in quibus poteſt quis duas cælebrare. ¶ Primus eſt cum in die feſto occurrit neceſsitas vt poſt miſſam diei dicatur miſſa pro defunctis. ¶ Secundus caſus eſt cum neceſsitas infirmorum exigit vt viaticum pro eis conſecret. ¶ Tertius caſus eſt cū ſuperueniūt peregrini: aut occurrunt nuptię cælebrationē exigentes. ¶ Quartus caſus eſt: cū ppter defectum ſacerdotū vel paupertatē eccleſiarū: vni ſacerdoti plures eccleſiæ commendantur. Alias non licet niſi vnicam in die miſſam cęlebrare. vt habet̄ de cōſe.



diſtin.j. Sufficit. Hoc autem cauendū eſt cum quis plures miſſas vult cęlebrare: ne ablutionem ſumat niſi in vltima: vt ſic ieiunus permaneat & cælebret.

c. conſuluiſti d' cæle. miſſa. & c. ex. pte vr̄a. de cęle. miſſarum.

## ¶ Capitulum. iij. de dubijs circa locū cælebrandi occurrentibus. duos continet articulos.

Arti. j. Reſoluens quinq; dubia circa locum cælebrandi communem videlicet eccleſiam incidentia.

j ¶ Quis ſit locus cōmunis: debitus & cōueniens ad cælebrandum miſſam?

Sol. Regulariter ſola eccleſia conſecrata.

de conſe. di. j. c. j. & c. ſicut. & c. ſeq̄nti. & c. nullus.

ij ¶ Vtrum ne quis poſsit licite quandoq; extra eccleſiam cælebrare?

Sol. Poteſt. de licentia epiſcopi vel ſuperioris: dummodo habeantur neceſſaria ad cælebrationem requiſita.

b Glo. de cōſe. di. jc. vnicuique.

iij ¶ Quid ſi in regione aliqua nō inueniatur eccleſia cōſecrata: propter deſtructionem eccleſiarum: vel ſi quis ſit in itinere conſtitutus: & præſertim in nauigatione vbi non poteſt habere eccleſiam: vel conſtitut⁹ in exercitu honeſto: vel in alio cōſimili occurrente caſu: vtrum ne quis poſſit alibi q̄ in eccleſia cęlebrare: etiam ſine licentia epiſcopi?



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sol. In talibus caſibus poteſt: ſi habeãtur ibidẽ cætera neceſſario requiſita: põt eñ cælebrare ſub diuo vel tentorio. De cõſe. d. ij. c. cõcedimꝰ.

iiij ℭ Vtrũ in mari vel in fluminibus in quibus naues frequenter agitanť liceat alicui cælebrare?

Sol. Nullo modo debet propter periculũ effuſionis ſanguinis.

v ℭ Vtrum in omni loco cõſecrato liceat cęlebrare miſſam?

Sol. Non: ſi enim locus ſit interdictus: ſiue a iure: vt ſi ſit pollutus ſanguine vel ſeminæ: ſiue a iudicæ, videlicet per ſententiã interdicti latam contra locũ: non licet ibi cælebrari. Et faciens contrarium in hoc caſu incurrit irregularitatem.

Arti. ij. Reſoluens ſex dubia quæ circa locũ proprium, ſ. altare occurrere poſſunt.

j ℭ Vtrum in eccleſia vel alibi poſſit quis licite cælebrare ſuper aliquo alio q̃ altari?

Sol. Non licet niſi ſuper altari vel fixo ſiue ſtabili vel portatili ſiue viatico: quod poteſt poni ſuper menſam vel arcam vel aliud huiuſmodi.

ij ℭ Quale debeat eſſe altare ſuper quo cęlebrare licet?

Sol. Altare debet eſſe lapideum conſecratum: integrum: non enormiter fractum.

iij ℭ Quibus altare debeat eſſe coopertum & ornatum?

Sol. Duabus pallis & corporali conſecratis: de lino puro factis nullo colore tinctis ſed totaliter albis, mundis & nitidis.

iiij ℭ Vtrum ſemper liceat ſacerdoti ſuper quolibet altari conſecrato cælebrare?

Sol. Non: nam poſtq̃ epiſcopus ſuper aliquo altare cælebrauit non licet illo die altari ſacerdoti ſuper illo cælebrare: niſi de licentia epiſcopi. De cõſe. di. ij. c. ſi.

v ℭ Quantum debeat eſſe altare portatile vt ſit aptum cælebrationi ſuper eo fiẽde.

Sol. Tantum eſſe debet vt poſsit recipere pedem calicis & hoſtiã & ꝙ ſacerdos manus ſuper ipſum cum hoſtia tenendo cõuenienter conſecrare poſsit.

vj ℭ Quid ſi ſacerdos aliquod de prędictis requiſitum obmittat vtrum, ſcilicet conſecret cælebrando.

Sol. Si obſeruat alia ad conſecrationem neceſſaria conſecrat ſed tamen grauiter peccat ſcienter obmittens.

## ℭ Capitulum quartũm de dubijs occurrentibus circa tempus congruum quo cælebrari debet: duos habens articulos.



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Arti.i. Reſoluens quatuor dubia occurrentia circa tempus cælebrandi commune: videlicet diem.

S.tho.iii. p.q.lxxxiii.a.ii.ad iiii.

i ¶ Vtrum indifferenter in nocte & die liceat alicui miſſam cælebrare?

Ioha.ix.

Sol. Non licet regulariter niſi in die, hoc enim ſacramentum ad tempus gratiæ ptinet: quod per diem ſignificatur. Vnde & ſaluator dixit, Me oportet operari donec dies eſt.

De cõſe. di.i.c.nocte.

ii Vtrum ne aliquando liceat in noctæ cælebrare?

Sol. Solum in duabus noctibus licet: videlicet in noctæ natiuitatis xp̃i. & in noctæ dominicæ reſurrectionis.

iii ¶ Vtrum ne liceat quandoq; ante initiũ diei cælebrare?

Sol. In tribus caſibus licet. ¶ Primus: ſi neceſſitas poſtulet: vt ſi cõtingat aliquẽ infirmari ad mortem & non habeatur hoſtia conſecrata: poteſt ſacerdos cælebrare & conſecrare. ¶ Secundus caſus: ſi epiſcopus ſit in itineratione: tunc poteſt ante diem cælebrare vel facere cælebrari coram ſe. ¶ Tertius caſus: ſi quis habeat diſpenſationem ab epiſcopo vel ſuperiore: vt poſſit cælebrare ante diem: alias nõ eſt tutum: niſi aliqua rationabil' & vrgens neceſſitas ſuperuenerit.

Universidad de Salamanca. BGH



iiii ¶ Quid ſi quis cælebret credens diem incepiſſe & tamen nondum inceperit.

Sol. Quia quod parum diſtat nihil diſtare videtur talis excuſatur: præcipue ſi deuotio hoc expoſcerit.

Arti.ii. Reſoluens tria dubia quę ſe offerũt circa tempus cælebrandi propriam ſcilicet horam.

i ¶ Qua hora diei liceat miſſã cęlebrare?

S.tho.iii. p. q̃ſtio. lxxxiii. ii.ad.iii.

Sol. Miſſæ ſolennes ſiuæ publicæ ſecũdũ canones tribus horis cælebrari debent, videlicet hora tertia in dieb⁹ feſtiuis: hora ſexta in pro feſtis diebus & hora nona in diebus ieiuniorum.

De cõſe. di.c. neceſſe.

¶ In hoc tamen obſeruanda videtur deberi conſuetudo regionis vel religionis. Priuate vero miſſæ cælebrari poſſunt a principio diei vſq; ad horam nonam; hoc eſt vſq; ad meridiem.

ii ¶ A quo tempore ſumendum ſit principium diei?

Sol. Principium diei non eſt accipiendum ab aſcenſu ſolis ſuper noſtrum orizontẽ: ſed ab illa hora qua radii ſolaris incipiũt illuminare noſtrum hemiſperium quod dicitur principium aurore: & incipit vna hora & quinta parte hore: ante corporalem ſolis ortum.

iii ¶ Quid ſi quis cælebrando non obſer‑



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſeruet tempus debitum:

Sol. Si obſeruet alia ad conſecrationē neceſſaria: conſecrat. Sed tamen ſi ex contēptu vel ſcienter tempus debitum nō obſeruat: mortaliter peccat: faciens contra conſtitutionem & conſuetudinem generalem eccleſiæ romanæ.

## ¶ Capitulum. v. de dubijs quæ incidunt circa materialia exteriora quæ ad ornatum vel congruentiam cælebrationis requirunt tres articulos cōprehēdit.

Arti. j. Reſoluens quinq; dubia quæ circa veſtes indumenta ſacerdotalia inſurgūt.

j ¶ Vtrum ſacerdos cælebraturus: ſpecialibus debeat indui veſtibus.

Sol. Sic: congruum eſt enim vt quibus ſacerdos vſus fuit in ſua ordinatione: etiā vtatur in cælebratione. Et quia in ſuſceptione ordinis ſpecialibus veſtibus indutus fuit: ideo & talibus vti debet in cælebratione.

ij ¶ Quot & quę ſunt huiuſmodi veſtes vel indumenta.

Sol. Simplicium ſacerdotum ſex ſunt indumenta ſcilicet amictus ſiue hūerale, alba, cingulum, manipulus, ſtola, & caſula.

Innocencius in li. de offi. iiij

iij ¶ Vtrum requiratur ꝙ ſint benedicta ſiue conſecrata.

Sol. Sic: debent enim eſſe ſacrata & hon



ſta: nec alijs vſibus q̄ eccleſiaſticis & deo dignis officijs deputanda.

De cōſe. di. j. c. veſtimēta.

iiij ¶ Vtrum cælebrans absq; veſtibus & indumentis bn̄dictis efficiatur irregularis?

Sol. Non: non quia inuenitur hoc in iure poſitum: veruntamē ſcienter vel eſt ignorantia craſſa hoc faciens: grauiter peccat

v ¶ Vtrum neceſſario requiratur ꝙ tales veſtes & indumenta cæteraq; correquiſita ſint munda & nitida?

Sol. Sic: nam vt habetur in ca. relinqui. de cuſtodia euchariſtæ. clericis pręcipitur vt oratoria, vaſa, pallæ, corporalia, & veſtimenta munda & nitida conſeruent. Q đ autem pręcipitur, imperatur, & q đ imperatur neceſſe eſt fieri. Si non fiat: penam habet: vt habet. xiiij. q. j. q đ ꝑcipit. Veh igitur illis q maiorē curā adhibent vt lintheamina: vel proh pudor eſt dicere femoralia ſua ſint munda & nitida: q̄ ea ſuper quibus loquari & tractari debet ſacratiſſimum & mundiſsimum corpus ieſu xpi.

Arti. ij. Reſoluēs quatuor dubia q̄ circa vaſa ad cælebrandū opportuna occurrunt.

j ¶ Vtrum ad cælebrationem miſſæ requirantur aliqua vaſa ſpecialia.

Sol. Sic: potiori rōne q̄ veſtes ſpāles: ꝑpt corpus & ſanguinē xpi: vt dicenter & reuerenter ibi poſsint loquari.



Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ij ¶ Quot & quæ ſint huiuſmodi vaſa?

Sol. Duo quæ neceſſario requiruntur. ſ. calix & patena.

De cõſe. di. j. c. vaſa. & c. vt calix.

iij ¶ De qua materia debeãt eſſe vaſa iſta?

Sol. Hæc vaſa debent eſſe de auro vel argento niſi paupertas obſiſtat. In quo caſu ſufficit ꝙ ſint de ſtanno.

iiij ¶ Vtrũ requiratur ꝙ ſint conſecrata?

Sol. Sic: fortiori ratiõe q̃ veſtes. propter cauſam ſuperius expræſſam.

Arti. iij. Reſoluens octo dubia occurrentia circa circunſtantias & alia exteriora requiſita.

De libro miſſali.

j ¶ Vtrum liceat alicui ſine libro miſſali cęlebrare?

Sol. Nõ licet alicui: etiam ſi omnia memoriter ſciret. Sed debet habere librũ in quo ad minus miſſa dicenda cum canone contineatur propter periculum erroris qui ex obliuione vel diſtractione contingere poteſt.

Extra de cele. miſſa. c. lr̃as. Leuit. vj. Sapi. vij. Luce. xij.

ij ¶ Vtrum liceat alicui ſine igne ſiue lumine candele cælebrare?

Sol. Non licet: In lege enim ſcriptum eſt. Ignis in altari meo ſemper ardebit: quod in cælebratione huius ſacramenti maximæ obſeruandum eſt: vbi ille immolatur tractatur & ſumitur: qui eſt candor lucis æterne: & q venit ignẽ mittere ĩ terrã &c.



iij ¶ Vtrum ſacerdos ſolus: nullo' præſente licite poſſit cælebrare miſſam.

Sol. Nullo modo licet. ſed ad minus vnus debet eſſe pręſens: qui ſacerdoti cælebrãti miniſtret: & in perſona eccleſiæ vel totius populi reſpondeat.

iiij ¶ Cuius conditionis & q̃litatis debeat eſſe miniſtrans:

Sol. Miniſtrans debet eſſe maſculus & clericus: aut ſaltem ſciens miniſtrare cælebranti & reſpondere. Et ſi fuerint plures miniſtrantes: debent etiã huiuſmodi eſſe cõditionis: vt notatur in cañ. hoc quoq; de conſe. di. ij. & in glo. ibidem. Vnde patet ꝙ nulli fœmine etiam ſi ſanctimonialis fuerit: licitũ eſt ad miſſam miniſtrare.

v ¶ Quid ſi miniſtrans aliqua cauſa vel occaſione recedat de altari dimittendo cælebrantem ſolum: reuerſurus tamẽ Vtrũ cælebrans debeat procedere in miſſa vel ceſſare donec miniſtrans redeat?

Nota quõſe debet hr̃e. ſacerdos ſi in miſſa reliquit ura miniſtro.

Sol. Procedere debet quouſq; aliquid occurrat in quo indigeat miniſterio miniſtrantis.

vj ¶ Quid ſi miniſtrãs recedãs nõ reuetat?

Sol. Sacerdos cælebrans neceſſitate compulſus. vicem miniſtrantis ſuppleat.

vij ¶ Quid de ſacerdote ĩcluſo vel heremita & ſolitario. An ſcilicet cęlebrare poſſit

Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Glo.in.c. hoc quoꝗ de con ſe.di.j.

Sol. Si ei non ſuffragetur copia miniſtrantis ſolus cælebrare poteſt:alias ſecus: vt notatur in glo.circa ſolutionē quarti dubij pręcedentis allegata.

viij ¶Quid ſi quis obmittat aliq̄d p̄dictoꝝ

Sol. Quamuis conſecret:ſcienter tamen vel ex ignorantia craſſa obmittens grauiter peccat:vt etiā circa ſupiora dictū eſt.

## ¶Capitulum.vj. de dubijs quæ occurrunt in cærimonijs conſuetis & obſeruandis in miſſa & circa eam:tam in agendis q̄ in dicendis tres includēs articulos.

Arti.j. Reſoluens decem dubia quæ oriunt̄ circa agenda & dicenda ante miſſam.

j ¶Vtrū cælebraturus miſſam:aliquid ſpecialiter agere debeat ante miſſam.

Sol. Sic cum enim omne quod agere intēdimus per ſtudium conſiderationis præuenire debeamus:vt ſic ad id quod agendum eſt præparemur maximæ decet vt fiat circa hoc digniſsimum officium. ne quis impreparatus accedens : iudicium ſibi manducet & bibat.

¶Præterea requiritur itaq; debita ac ſufficiens præparatio ſacerdotis:qua ita efficiatur diſpoſitus & idoneus:vt digne ad cælebrandum poſsit accedere. Vnde &



ſcriptum eſt. Ante orationem præpara animam tuam. Eccl.18.

ij ¶In quo conſiſtat debita & ſatiſfaciens præparatio ſacerdotis cælebraturi?

Sol. Præparatio illa conſiſtit in debita & ſufficienti conſcientiæ mundificatione & adornatione:quæ prerequirunt debitā ſuiipſius probationem ideſt diligentē cōſcientiæ ſuæ examinatianem: ſecundum ꝗ apoſtolꝰ Corinthios monet ita ſcribēs Probet autem ſeipſum homo &c. j.Cor.xj.

Et ita ex toto tria in gn̄e requirunt̄ ad debitā.ſufficiētē & dignā præparationē:ſcilicet
Probatio
Purgatio
adornatio
cōſciētiæ.

iij ¶Qualiter:& in q̄bus q̄s ſeipſum ꝓbare & examinare debeat?

Sol. Primo & ante omnia debet cum diligentia conſcientiam ſuā diſcutere & examinare:præſertim a proxima confeſsione debite facta. Si interea ne inciderit in excommunicationem irregularitatē vel ſuſpenſionem:aut aliquid aliud huiuſmodi impedimentum.

¶Secundo diligenter proſpicere debet ſi ne interea aliqua mala præcipue mortalia cōmiſerit. Sine aliqua bona ad q̄ obligat̄ obmiſerit:vel negligēter ꝑſoluerit.

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Tertio ſi aliqua huiuſmodi inuenerit: an ex toto corde de iſtis doleat & ea propter deum quem offendit deteſtetur. ¶ Quarto an habeat firmum propoſitũ emendandi vitam ſuam: & ab omnibus mortalibus cauendi in futurum propter deum. ¶ Quinto an intendat omnia cõfiteri ante acceſſum ad cælebrationẽ & iuxta arbitrium confeſſoris pro eis ſatiſfacere. ¶ Sexto vtrum habeat rectam fidem cum debita intentione & conatu ad debite deuote cęlebrandum. ¶ Septimo an debitam diligentiam in diſcuſsione & examinatione prædictorum adhibuerit.

¶ Hæc diligenter animaduertant ſacerdotes concubinarij, luſores, crapuloſi, ębrioſi, & alij cõſimiles in damnabili ſtatu viuentes. Penſentq; ſtudioſæ qualiter ad cælebrandum accedant & quæ eos vltio diuina expectet.

iiij ¶ Quanta requiratur diligentia in examinatione prædicta: vt ſufficiens reputetur & debita?

Lãdul 4. ſe. di. ix.

Sol. Tanta requiritur: q̃tam quis faceret in magno & arduo negocio pro magna & ardua re lucrãda: aut graui incommodo vitando: iuxta poſsibilitatem humanæ fragilitatis. ¶ Vnde ſi quis huiuſmodi diligentiam in conſciẽtiæ ſuæ examinatione non fecerit: indigne ad iſtius ſacramẽti cælebrationem atq; ſumptionem accedit: quia impreparat⁹ & ita dominici corporis & ſanguinis reus iudicabitur.



v ¶ Quomodo poſsit q̃s eſſe aut fieri certus q̃ debitam & ſufficientem diligentiã in pręt acta diſcuſsione fecerit?

Sol. Ex quo hic nõ requirit euidẽs certitudo: cum illa abſq; diuina reuelatione haberi non poſsit: ſed exigitur ſolum certitudo moralis ſiuę ciuilis: ſicut in alijs agibilibus humanis: poteſt quis ex probabilibus coniecturis poſt examinationem de debita diligentia factam: ſatis ſcire & certus eſſe: an debitam diligentiam fecerit vel non fecerit in diſcuſsione prę cedẽtium: & hoc ſufficit quemadmodum etiã dictum eſt ſupra ca. ij. art. iij. de certitudine eſſendi abſq; peccato mortali.

Additio. Sumens euchariſtiam in peccato mortali ignorato facta diligenti diſcuſſione etiã non ſufficienti nõ peccat. ſ. tho iij. per. q. lxxx. ar. iiij. ad. v. & iiij. di. ix. ar. iij. q. ij.

vj ¶ In quo conſiſtat debita & ſufficiẽs cõſcientiæ purgatio?

Sol. Talis conſiſtit poſt debitam examinationem factam in peccatorum præſertim mortalium & aliorum impedimentorum ſi quæ per deſcuſsionem inuenta fuerint totali & omnimoda remotione vel expulſione. ¶ Ad quam expulſionem tria præcipue requiruntur. ¶ Primum eſt vera & perfecta contritio & peccatorum deteſta

Additio. a Et etiã poſt confeſsionẽ

Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de morta li. non de bet qs ſta tim ſume re eucha riſtiã ni ſi neceſſi tas vrge at. S tho. iiij. diſt. ix. ar. iiij. q. ij.

tio: per quam quis deo quem offendit re
conciliatur. ¶ Secundum eſt pura & inte
gra confeſsio. ¶ Tertium eſt recta ac de-
bita abſolutio. Non enim ſufficit ꝙ acce-
dens ad cælebrandum ſit per contritionẽ
reconciliatus deo: ſed exigitur ꝙ etiã ſit
reconciliatus eccleſiæ: vt digne ſuſcipiat
ſacramentum vnitatis eccleſiæ: quod fit
per abſolutionem, quæ prerequirit con-
feſsionẽ. a ¶ Et ideo ſi quis poſt morta-
le commiſſum quantũcunqꝫ cõtritus fue-
rit accedat ad cælebrandum abſqꝫ cõfeſ-
ſione & abſolutione: mortaliter peccat:
niſi occurrat caſ9 q i dubio ſequẽti tãgeť

Bona. iiij d. xiij. & glosa. in. c. de hoĩe de cele. miſſa.

vij ¶ Quid agendum ſi quis non poſsit ha
bere copiam confeſſoris?
Sol. Si poſsit abſqꝫ ſcandalo differre cæle
brationem differat quouſqꝫ habuerit cõ
feſſorem. Si vero immineat ſcandalũ niſi
ſtatim cælebret: tunc cum debita cotritio
ne & voluntate confitendi tẽpore oppor
tuno cælebret: vt ſcandalum euitetur.
¶ Si tamen ex negligentia ſua deſit con-
feſſor: quem habere potuiſſet ſi debitam
diligentiam feciſſet: ſpecialiter peniteat.
viij ¶ Quibus ornamentis conſcientia cæ
lebraturi debeat eſſe adornata, vt digne
& debite poſsit cælebrare?
Sol. Neceſſarium eſt vt digne cælebratu-



rus accedat ornatus: recta fide debita in
tentione: & ſufficienti conatu ad debite
reuerenter & digne cælebrandum.
¶ Dicens ad debite decoratus ſit humili-
tate, caſtitate, iuſticia, & cæteris virtuti-
bus q̃ per veſtes ſacerdotales ſignificanť
ix ¶ Vtrum cælebraturus teneatur dicere
horas canonicas ante miſſę cęlebrationẽ ar. xj. di. c. in his & extra de celeb. miſſa. c. j. & c. vlti.
Sol. Talis ad minus dicere teneť ante cæ-
lebrationem matutinas: alioquin morta-
liter peccat. ¶ Ad alias autem horas ca-
nonicas nõ tenetur ante miſſam ſub pec-
cato mortali: niſi aliqua ſpecialis conſti-
tutio vel approbata conſuetudo eum ad
hoc obliget. ¶ Nihilominus congruum
videtur vt etiam primę ante cælebratio-
nem dicantur. ¶ In cæteris attendenda
eſt conſuetudo eccleſiæ cathedralis vel
religionis: cuius eſt pars vel ſubditus.
x ¶ Vtrum ſint aliqua alia ſpecialiter dicẽ-
da vel agenda ante miſſæ inceptionem a
cælebraturo.
Sol. In hoc attendenda eſt cõſuetudo dio
ceſis vel religiõis ſuæ ſcd̃m quã ſi aliqua
alia ꝑmittanť q̃ ad decẽtiã: reuerentiã &
deuotionẽ deſeruiãt: decet vt ita obſerue
tur. Vñ vbi cõſuetũ eſt vt dicanť iſti pſal-
mi. Quã dilecta. Bñdixiſti. Inclina. Cre-
didi. & De ꝓfũ. cũ q̇buſdã ꝑcib9 & collectꝫ

Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Vel etiam quidam pſalmi & orationes ad lotionem manuum & indutionem ſacrarium veſtium & ad acceſſum ad altare non ſunt iſta a cælebraturo obmittenda vel contennenda. ¶ Solet etiam pręmitti confeſsio generalis publica & oſculatio altaris: apud quoſdam thurificatio: præcipue ante miſſas ſolennes: quæ ſuo modo etiam ſunt obſeruanda.

Arti. ij. Reſoluens quatuordecim dubia occurrentia circa dicenda & agenda in miſſa; modumq; dicendi atq; agendi.

i ¶ Quæ ſunt dicenda & agenda in miſſa & quomodo?

Sol. Generaliter illa dicēda & agēda ſunt. & eo modo quæ & ſecundum quod ordinatio ac conſuetudo diocesis vel religionis cælebrantis obſeruat.

ij ¶ Vtrū ſacerdos in miſſa debeat vel poſſit aliquid aliud dicere q̄ i libro miſſali cōtinetur?

Sol. Magis expedit q̄ nihil aliud dicat: poteſt tamen cogitare aliqua deuotionem excitantia. Si igitur affectum habeat ad aliqua dicenda pertranſeat illa cogitādo atq; meditando. ar. c. viſū de conſe. di. j.

iij ¶ Vtrum verba canonis debeant dici ſecrete: ſicut & orationes in miſſa quæ ſecrete vocantur?

Sol. Sic: propter multas cauſas: quas non eſt opus recitare.

iiij ¶ Vtrum cætera præter canonem & ſecretam vel ſecretas ſi plures accipiantur debeant alta & audibili voce dici.

Sol. Ita expedit fieri. Non enim abſq; cā rationabili eccleſia fecit diſtinctionem inter canonem & alia dicēda: per hoc nāq; excitantur & edificantur aſtantes. Si tamen ſolus miniſtrans aſtet: qui fortaſsis (vt apud quoſdam religioſos conſuetum eſt) poſtea ſit cælebratur⁹: & ſub miniſtratione ſe aliqualiter recolligat meditando non videtur hac de cauſa neceſſarium: debet tamen nihilominus conſuetudo loci obſeruari.

v ¶ Vtrum in memorijs viuorū & mortuorum: debeat aliquorum fieri nominatio?

Sol. Non eſt neceſſe. Si tamen cælebrans ex nominatione eorum ſentiat deuotionem augeri: poterit noīari: cauēdo nihilominus prolixitatem propter aſtantes. ar. xiij. q. ij. c. cum grauia. &. c. non extimemus &. glo. de cōſe. di. j. c. viſum.

vi ¶ Vtrum ſacerdos cupiens aliquorū nominatim habere memoriam: poſsit ante cælebrationem hoc facere?

Sol. Expedit vt ita faciat: p̄ſertim ſi publicæ & coram multis ſit cælebraturus: vel ſi multorum nominatim memoriā habere velit. ¶ Sicut etiā expedit vt cælebra



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tutus habens deſiderium dicendi vel meditandi alia ſpecialia pro deuotione maiori excitãda: circa ſumptionem ſacramẽti hoc faciat ante cælebrationem: vel etiã ſub cælebratione ſi miſſa in noctis cantetᷣ & tempus aptum ad hoc habeatur.

viij ¶ Vtrum requiratur attentio cælebrantis circa dicenda & agenda?

Sol. ¶ Quemadmodũ non neceſſario requiritur actualis intentio: vt ſuperius. c. iiij. arti. iij. circa reſolutionem tertij dubij dictum eſt. Ita etiam nõ neceſſario requiritur actualis & continua attentio: virtualis tñ ſemꝑ eſt neceſſaria. ¶ Eſt autẽ virtualis attentio: virtus quædam relicta ex actuali attentione præuia: & intentione ſiue propoſito perſeuerandi in tali attentione actuali. Et hæc etiã ſufficit. Niſi interrumpatur per actualem attentionem ſibi contariam ſiuæ voluntariam conuerſionem vel euagationem ad alia. ¶ Verũ tamen ſtudioſam diligentiã adhibere debet cęlebrans vt actualem attentionem retineat: & ne ad alia diſtrahatur: quoniã ſi quis debitam diligentiam nõ adhibeat a peccato non poteſt excuſari.

viiij ¶ Vtrum ad debite & digne cælebrandum: requiratur deuotio in cælebrante

Sol. Deuotio duobus modis põt accipi:



¶ Primo pro voluntate prompte tradendi ſe ex dilatione ad ea q̃ pertinent ad dei famulatũ. ¶ Scđo pro feruore dilectiõis eleuatᷣ ad deũ. ¶ Et ſcđm vtranq; modũ dupliciter põt eſſe deuotio. Quædã em̃ eſt actualis: q̃ñ. ſ. actualiter volunras prõpte ſe tradit diuino obſequio: vel mens actualiter feruet in dilectiõe. Alia eſt virtualis vt cũ ex actuali & ꝑuia deuotione: relinquitur quædã virtus quæ ad actus ſequentes concurrit. ¶ Circa actualẽ deuotionẽ duo ſunt cõſideranda. ſ. deuotio ipſa: & conatus ad acquirendũ eã. ¶ Circa officium etiam miſſę duo attendenda ſunt. ſ. miſſæ cælebratio & ad cælebrandũ debita præparatio. ¶ Sacerdos itaq; cælebraturus in præparatione circa examinationem & probationẽ ſuijpſius tenetur habere deuotionem primo modo dictam actualiter: homines enim eſt præparare animum. ¶ De hac deuotione videtᷣ eſſe intelligenda gloſa. j. Coriñ. xj. dicens. Indignus eſt: qui nõ deuota mente accedit ad euchariſtiam.

¶ Ad deuotionem vero ſecundo modo dictam actualiter habendã non tenetur. Ille enim feruor dilectionis a domino gratuite datutᷣ. Vnde aliquando deſideratus dari: denegatur: vel datus: ſabtrahitur



Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

bitur alicui: ſecundum q̀ diſpoſitio eius meretur: vel ſaluti ſuę dominus nouerit expedire. ¶ Veruntamen cælebraturus tenetur toto conatu illum feruorem deſiderare: & poſsibilem diligentia adhibere: faciendo totum quod in ſe eſt vt ſibi detur. Nitendo omnem tẽporem: diſtractionem euagationem mentis expellere & ſi aliquid huius occurrat: deliberate non tenere: hoc enim faciendo: non cenſetur indignus ſed ſufficienter deuotus accedere. Vnde ſi pro tunc ille feruor ei non detur non debet propter hoc a cælebratione abſtinere: ſed abſq; ſcrupulo cęlebrare. ¶ In ipſa autẽ cælebratione nõ requiritur de neceſsitate deuotio actualiter primo modo accepta: ſed ſufficit: & etiam requiritur virtualis ex actuali p̃cedente relicta. ¶ Licet etiam non requiratur actualis deuotio ſecundo modo dicta eo q̀ non eſt in libera poteſtate nr̃a: requiritur tamen & ſufficit deſideriũ cũ populi conatu actuali ad acquirendum illam deuotionem: ita q̀ cęlebrans faciat quod in ſe eſt. cor ſurſum eleuando: prout & ipſæ aſtantes excitat & hortatur cũ dicit. Surſum corda. ¶ Circa quod dicit. Cyprianus papa: vt habet de cõſe. di. j. quando. Ideo ſacerdos præfationẽ præ-

Nota.

miſſa parat fratrum mentes dicendo. Surſum corda: vt dum reſpondet plebs. Habemus ad dominum: admoneatur nihil aliud q̃ dominum cogitare debere. Claudatur contra aduerſarium pectus: & ſoli deo pateat: nec ad ſe hoſtẽ dei venire patiatur. Hæc ibi.

ix ¶ Vtrum cælebrans debeat ſtare capite diſcooperto.

Sol. Sic. vt habetur de conſe. di. j. c. nullus. Niſi occurrat rationabilis cauſa cooperiendi. Vnde ſi quis abſq; tali cauſa ſtet coopert⁹: grauiter peccat: vt habetur ex eodem capitulo.

x ¶ Cũ quo debeat fieri ablutio poſt ſumptionem ſanguinis?

Sol. Cum vino vt habetur in. ca. ex parte de cæle. miſ. Cuius ratio inferius vltimo ca. reddetur.

xi ¶ Vtrum ſacerdos poſt miſſam inceptã licite poſsit deſiſtere: officiũ nõ p̃ficiẽdo.

Sol. Non poteſt niſi occurrat aliqua rationabilis & ſufficiens cauſa.

Alioqn peccat mortalit vt p; de conſe. di. j. c. nulus.

xii ¶ Quid agendum ſi ſacerdos poſt miſſam inceptam moriatur vel in talem infirmitatem aut debilitatem incidat: vt non poſsit perficere.

Sol. Si aliquod iſtorum cõtingat ante cõſecrationem. non eſt neceſſarium q̀ miſſa



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per aliũ pficiatur: poteſt tamẽ fieri ſi aſsit alius ſacerdos diſpoſitus. Et ille incipiat vbi prior dimiſit: quod ſi neſciat: poteſt incipere a principio. ¶ Si vero aliquod prædictorum contingat poſt conſecrationem corporis & ante cõſecrationem ſanguinis: vel poſt cõſecrationẽ vtriuſq;: tũc debet ſuppleri & perfici miſſa per aliũ diſpoſitum. ¶ Si autem contingat hoc in prolatione verborum conſecrationis corporis: verbis iam in parte pronunciatis: ſimiliter perficiatur per aliũ: qui incipiat ibi. Qui pridie. Et ſi illud contingat in cõſecratione ſanguinis: incipiat ibi. Simili modo. ¶ Sic etiam agendum videtur cũ dubitatur: vtrum prior ſacerdos incepit verba conſecrationis proferre: & nõ pfecerit. ¶ Nec reputandum eſt tũc fieri iterationem. Quia nõ intelligitur iteratum quod ambigitur eſſe factum.

S.tho.iij. per. q̃ſti. lxxx. ar. j.ad.j. vij.q.j.c. nihil.

xiij ¶ Quid agendum ſi cælebranti ſanguis per nares erumpat: vel fluere incipiat.

Sol. Pauſare debet reclinando vel ſedendo: donec fluxus ceſſet. Cauere autẽ debet ne veſtes vel aliqua ſacra per ſanguinem coinquinent: recipiendo illũ vel in aliquo vaſæ vel panniculo prout diſcretione ſuæ melius conuenire videt. ¶ Si aũt illæ flux⁹ reſtringi non poſſet neq; ſa

Universidad de Salamanca. BGH



cerdos officium perficere tunc agendum eſt vt in caſu dubij præcedentis.

xiiij ¶ Quid ſi ſacerdos obmittat aliq̃d vel aliqua de dicendis vel agẽdis in miſſa.

Sol. Si obſeruet ea quæ neceſſario ad conſecrationẽ requiruntur: conſecrat: ſed tñ grauiter peccat ſi ſcienter obmittat aliq̃d notabile ex inſtitutione vel cõſuetudine eccleſiæ ad hoc officiũ requiſitũ: vt puta miſſæ introitum: Epiſtolam: Euangelium vel aliud huiuſmodi. ¶ Si autẽ aliq̃d modice reputationis: vel ex negligentia aliquid obmittat: minus peccat. Diligentiſſimæ tamen cauere debet ne contingat. Nota.

Ar. iij Reſoluẽs q̃tuor dubia q̃ occurrũt circa dicẽda: agẽda: & cauẽda poſt miſſæ cælebrationem

j ¶ Vtrũ aliqua ſpãliter ſint dicẽda poſt miſſæ cælebrationem?

Sol. Sic: pmo nãq; & oĩa dicẽdę ſunt corde & ore: debite & deuote grarũ actiões. Cũ ẽm vt & ipę celebrãs ĩ pfatiõe ꝓteſtaꝛ dignũ & iuſtũ ſit atq; equũ & ſalutare: vt ſẽp & vbiq; dño grę agant: qa ĩ nullo loco vel tpe nobis bñficia ſua clemẽter largiri ceſſat: digniſsimũ, iuſtiſsimũ: & eq̃ſsimũ eſt: vt hoc fiat p⁹ hui⁹ bñficij pceptionem & tãto diligẽti⁹ atq; deuoti⁹: q̃to inſ oĩa bñficia hoĩb⁹ a deo collata: illđ vnũ đ maximis habeꝛ. Nõ ſolũ aũt iõ grãs agere de



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bet cælebrās ne ꝓpter ingratitudinē de
tāto bñficio grauius iudicetur a domino
ſed & vt de tali gratias debitas exhibēs:
potiorum beneficiorum dign9 efficiatur:
& præcipue: vt ad craſtinam cælebratio-
nem: vel ſaltem ſpiritualem iſti9 ſacramē-
ti ſumptionem ad quam ſemper tenetur
eſſe diſpoſitus: pręparatior reddatur. Sē
per enim cęlebratio præcedēs diſpoſitio
ac præparatio eſſe debeat ad ſequētem.
¶ Magis autē attendēda eſt in huiuſmo-
di gratiarum actione feruida cordis deuo
tio: q̄ prolixa labiorum oratio.

ij ¶ Vtrum poſt cælebrationē aliqua etiā
ſingulariter ſint agenda?

Sol. Sic: debet enim is qui cælebrauit in
omnibus timorate virtuoſæ & exempla
riter ſe habere: & ī bonis occupationib9
exercitijſq; ſalutaribus conſolationem
& delectationem querere. vt in meditan
do pſallendo, orando, ſtudendo, ſcribēdo
legendo, docendo: & horas canonicas de
bite perſoluendo. Ita vt & diabolus nūq̄
eum ocioſum inueniat: de conſe. di. v. ca.
nunq̄. & ad futura dona paratior fiat.

iij ¶ Quæ ſint ſacerdoti poſt cælebrationē
cauenda?

Sol. Maximæ cohibenda eſt lingua: ne lo
quatur leuia: inutilia: ſcurrilia vel doloſa



verba. Sic etiā viſus ne videat vana. Et
ſuo modo ſenſus cæteri ſunt cuſtodiendi
præcipue etiam crapula & æbrietas fu-
gienda: ioci & ludi vitandi. ¶ Et vt hęc fa
cilius fieri poſsint: ſtudendum eſt: vt di-
cit beatus Gregorius vt ſemper animus
in ſuo pōdere & vigore ſeruet: ne poſtea
eum fluxa cogitatio diſſoluat: ne vana le
ticia mentem ſurrepat: & lucrū compun-
ctionis anima per incutiam fluxe cogita
tionis perdat.

iiij ¶ Vtrum ſtatim poſt miſſæ cælebratio-
nem: ſit comedendum vel bibendum.

Sol. De iure non debet fieri. Vnde in ca-
none tribus: de conſe. di. ij. dicitur. Si ma
ne dominica portio editur: vſq; ad ſextā
ieiunent miniſtri qui eā ſumpſerunt. Et
Et ſi tertia vel quarta hora acceperint: ie
iunent vſq; ad veſperas. ¶ Sed conſuetu
dine hoc ius non ſeruatur: propter reue-
rentiam tamen tanti ſacramenti: dignum
eſt vt a cibo & potu abſtineatur do-
nec debite gratiarum actiones ſunt red-
dite: & ita etiam interea ſpecies ſacramē
tales veriſimiliter exiſtimentur corrupte.

Additio. S. tho. iij. p. q. lxx. a. viij. ad vj. & iiij. diſt. viij. q. j. ar. iiij dicit q̇d poſt ſumptionē eucharistie añ prādium ſufficit modicū interuallum.

¶ Capitulum ſeptimum de dubijs occurrentibus circa materiam ad conſecrandum aptam. videlicet panē & vinū: ſex continet articulos.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Arti.j. Reſoluens ſex dubia q̃ incidunt circa panem conſecratum ſiuæ hoſtiam anteq̃ conſecretur.

i ¶ Quis & qualis debeat eſſe panis: vt cõſecrari & ex eo confici poſsit corpus xp̃i?

S.tho.iij. per.q̃ſti. lxxiiijar. iij. extra de celeb. miſſa.p.c literas.

Sol. Debet eſſe triticeus: aqua naturali cõfectus & azimus: ideſt non fermentatus.

ij ¶ Quid agendũ: ſi ſacerdos p̃cipiat panẽ nõ eſſe triticeũ: vel alia q̃ naturali confectum: aut fermentatum?

Sol. Si aliquid iſtorum percipiat ante inceptionem canonis, panẽ illũ remoueat, & aptum apponat. Et ſine alicuius repetitione procedat. ¶ Si poſt inceptionẽ canonis & ante verba conſecrationis: remoueat vt ſupra: & canonem reincipiat, hoc videtur tutius & conueniẽti9. ¶ Si poſt ꝟba cõſecratiõis panis, & ſiue añ ſiuæ p9 conſecrationem ſanguinis: ante tñ ſumptionem panis: remoueaꝛ ille panis: & recipiatur aptus atq; conſecretur, vt ſupra Panis vero ſupra quem prolata ſunt verba conſecrationis reuerenter tractetur & ſumatur a cælebrante poſt ſumptionẽ ſanguinis vel a miniſtrante.

¶ Si poſt ſumptionem illius panis: & ante ſumptionem ſanguinis recipiatur de nouo panis aptus & conſecreꝛ: vt ſupra atq; ſumaꝛ nõ obſtãte ꝙ ieiuniũ ſit ſolutũ p̃ ſumptionẽ panis nõ conſecrati, q̃a præceptũ de p̃fectiõe hui9 ſacramenti maioris eſt ponderis q̃ præceptũ ꝙ hoc ſacramentum a ieiunis ſumatur.

¶ Si poſt ſumptionẽ ſanguinis reponatur nouus panis aptus: vt ſupra & nouũ vinum & cũ repetitione canonis fiat noua conſecratio vtriuſq; atq; ſumptione ſacramentum maneat imperfectum.

Si ꝟo panis apt9 & debitus h̃ri nõ poſſet ante cõſecrationẽ deſeraꝛ miſſa incepta.

iij. ¶ Quid agendũ ſi panis appoſitus percipiatur eſſe corruptus?

Sol. Quia panis corruptus dr̃ q ſubſtanciã & ſpeciẽ panis p̃didit vel ex putrefactione vel vetuſtate vel alio h̃mõi q̃d p̃cipi potẽs cũ cõtinuitas ſoluiꝛ. & ſapor. odor. color. aliaq; accidẽtia mutata ſunt. Ideo nõ eſt panis neq; conſecrabilis.

S.tho.iij. p.q.lxx iiij.ar.vj ad.iii.

¶ Si ergo percipiatur aliquo modorum circa præcedens dubium expreſſorũ agatur etiã in modo quo ibidem dictum eſt.

iiij ¶ Quid agẽdũ ſi panis nõ fuerit appoſitus vel poſt appoſitionẽ ablat9: & nõ p̃cipiaꝛ donec veniaꝛ ad ꝟba conſecrationis

Sol. Appoaꝛ panis aptus, repetaꝛ canon & fiat conſecratio illius.

v ¶ Quid agendum ſi panis ſit diſpoſitus ad corruptionẽ, ſicut notari põt ex aliq̃li

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mutatione ſaporis vel odoris: vel ſi habeat foramen vel fracturam: aut ablata ſit aliqua particula. vel non ſit rotundus vt moris eſt: vel habeat maculam aut alium defectum conſimilem.

Sol. Si aliquis iſtorum caſuum occurrerit & percipiatur ante conſecrationem propter reuerentiam ſacramẽti remoueatur panis ille & apponatur alius aptus. Si autem alius haberi non poſſit procedat̃ nihilominus in miſſa & perficiatur niſi defectꝰ in pane a deo notabilis fuerit ꝙ graue ſcandalum aſtantium timendum ſit ſi procedatur. Si vero poſt conſecrationẽ percipiatur talis effectus: aut in ipſa conſecratione procedatur & perficiat̃ officiũ

vj ¶ Vtrum in aliquo caſu ſacerdos licite poſſit legere vel cantare miſſam & nõ cõſecrare panem ſiuæ cõficere corpus xp̄i? [handwritten margin: alias sine]

Sol. In nullo caſu licet. Grauius enim peccat præsbyter criminoſus qui ſe cælebrare ſimulat & non cælebrat: q̃ ſi cælebraret. ¶ Prorſꝰ itaqꝫ falſa remedia ſunt abijcienda: quæ ſit veris periculis grauiora.

Eſtra de cele. miſſ. ſac. de homine.

Arti. ij. Reſoluens octo dubia quæ occurrunt circa panem conſecratum ſiuæ corpus chriſti ante ſumptionem.

j ¶ Vtrum ſacerdos conſecrans panem teneatur ſumere?



Sol. Quotiens ſacerdos conſecrat: tenetur ſumere?

De cõſe. di. ij. c. relatum.

ij ¶ Vtrum in prædicto caſu teneatur ſemper totum ſumere?

Sol. Non ſemper tenetur. Si enim ſacerdos conſecret plures hoſtias pro viatico infirmorum reſeruandas vel alijs pro tũc diſpenſandas non tenetur niſi vnam ſumere. ¶ Si etiam aliquis ſub miſſa incideret in infirmitatem vbi immineret periculum mortis: & non haberetur alia hoſtia conſecrata: debet ſacerdos illam quã ipſæ ſumpturus erat totam diuidere: & partem infirmo dare. ¶ Si etiã poſt ſumptionem ſanguinis & ablutionis reperiretur aliqua notabilis particula hoſtie cõſecrate vel tota hoſtia cõſecrata: reſeruari debet & non pro tunc ſumi: vt infra tãgetur.

iij ¶ Quid agendum: ſi deprehendant̃ aliqua particule ſuper corporali palla vel patena ſiuæ de hoſtia conſecrata ſint reſolute?

Sol. Diligenter recolligatur & ſumantur cũ hoſtia ſumenda vel ſanguine ante ſumptionem ablutionis.

iiij ¶ Quid agendum ſi propter frigus aut aliam cauſam accidentalem hoſtia vel ps eiꝰ ceciderit in calicẽ de manu ſacerdotis

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sol. Si tota hoſtia inciderit: nihil iterandũ eſt ſed obſeruatis cæteris obſeruandis ſumantur ſimul cũ ſanguine. ¶ Si vero ps aliqua in manu remanſerit frangatur illa & pars vna mittatur calicem & procedatur vlterius more conſueto.

v ¶ Quid agendum: ſi ceciderit hoſtia conſecrata vel pars eius ſuper terram: vel lapideum: vel pannum: aut aliud cõſimile?

Sol. Statim reuerenter leuetur: & reponatur illuc vnde cecidit: perquiraturq; diligenter ſi aliquæ particulæ de hoſtia reſolute ibi remanſerint: quæ conſimiliter leuentur. Deinde locus vbi hoſtia iacuit radatur: & ab raſa cõburantur: cineresq; in ſacrario reponãtur. Et ſi locus nõ poſſit conuenienter ſtatim radi circumſignet̃: & cooperiatur ne pedibus tangatur: donec commodi radi poſſint.

¶ Si vero ſuper pannũ, veſtem: aut aliud huiuſmodi ceciderit: diligenter excutiat̃ pars illa vbi iacuit ſup corporale vel patenam: poterit inſuper lauari: & aqua lotionis in piſcinam mitii. ¶ Et vbi occurreret caſus: ꝙ ſacerdos non poſſet cõueniẽter vel ſine graui ſcandalo leuare: vel ſi eſſet periculum in mora: vt timeretur q; animal brutum aut puer ſumeret: vel pedibus cõculcaretur vel aliud huiuſmo



di: tunc debet reuerenter leuari a miniſtrante: vel alio etiã laico ſi non aſsit ali⁹ ſacerdos: & porrigi ad manũ cælebrãtis.

vj ¶ Quid agendum ſi ſacerdos caſualiter tãgat hoſtiam cum naſo, barba, veſte, vel alio huiuſmodi.

Sol. Si notabiliter tetigerit ita vt veriſimiter timeri poſſit ꝙ aliqua particula minima hoſtie ibidem manſerit adherens: ſtatim poſt ſumptionem hoſtie vel ante ſi cõmode fieri poſſit: fricetur cum extremitate patene ſuper corporale illa pars naſi: menti: vel illius quo tacta fuit hoſtia: Deinde excutiatur corporale ſuper patenã & ſi aliquid ibi appareat de hoſtia: ſumatur vel mitatur in calicem: & ſumatur cũ ſanguine: & nihilominus poſt ablutionẽ digitorũ diſcrete lauetur vel humectetur cum digito eadẽ pars rey contacte, & abſtergatur cum panniculo abſterſiuo quo calix abſtergi ſolet. Si cum veſte aut alio conſimili tetigerit: excutiatur pars illa ſuper patenam vel corporale & agatur vt ſupra.

vij. ¶ Quid agendum ſi hoſtia conſecrata: per ventum vel aliquo alio modo fuerit amota de altari & a miſſa?

Sol. Fiat diligentiſſima perquiſitio adinue

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

niendum hoſtiam: quæ ſi inuenta fuerit: reuerenter reponat̃ & procedat̃ in miſſa. ❡ Si vero inueniri non poſſit: accipiatur noua hoſtia: reincipiatur canon & conſecretur: deinde procedat̃ modo cõſueto.

viii ❡ Quid agendum: ſi cum ſumendũ eſt ſacramentum corporis christi miraculoſę appareat ſub ſpecie carnis vel pueti vel aliqua alia nõ conuenienti humane refectioni?

Sol. In tali caſu nõ eſt ſumendũ. Nec propter hoc ſacerdos efficitur tranſgreſſor p̄cepti. quo mandatur: vt ſacerdos conſecrans ſumere debet conſecratũ: quia quę miraculoſæ fiunt: legibus non ſubduntur

Arti. iij. Reſoluens ſeptem dubia circa panem conſecratum ſiue corpus christi poſt ſumptionem occurrentia.

j ❡ Quid agendum ſit. ſi in ſumptione ſanguinis remaneat pars hoſtie in fundo calicis.

Sol. Cauendum eſt ne infundatur vinum vt cum illo ſumatur: quia ſi cum vino ſumeretur ex quo vinum citius deſcenderet in ſtomachum & præueniret deſcenſum illius partis hoſtie. tunc iam ſolutum eſſet ieiunium & ita ſacerdos non ieiun9 ſumeret: quod in hoc caſu fieri non debet cũ aliud & facile remedium haberi poſſit



hoc videlicet vt digito conſecrato ducat̃ illa pars ad labium calicis & inde ſumat̃ poſtea digitus ſuggatur & abluatur cum vino & illud etiam ſumatur.

ij ❡ Quid agendum: ſi poſt ſumptionẽ ſanguinis reperiantur aliquæ particulę ſiue reliquiæ reſolute de hoſtia.

Sol. Si certum ſit ꝙ ſint reſolute de hoſtia conſecrata: & reperiantur ante ſumptionem ablutionis ſtatim ſumant̃. ❡ Si poſt ſumptionem ablutionis reperiãtur: & ſit aliqua ita magna ꝙ poſſit absq; periculo tractari & reſeruari: tunc reſeruetur vsq; ad proximam cælebrationem: in qua cũ hoſtia ſumatur. niſi graue ſcãdulũ timeat̃ euenire ex reſeruatione. ❡ Si autem omnes ſunt adeo parue ꝙ absq; p̄iculo tractari & reſeruari non poſſint: tunc ſumãtur non obſtante ꝙ prius ſumpta ſit ablutio: quia q̃diu ſacerdos eſt in actu perfectionis ſacramenti recollectiõis reliquiarum: quicquid ſit: dicitur fieri mox & incontinenti nullo actu contrario inter medio: ideſt quaſi ſimul ſumeret omnia anteq̃ cenſeatur non ieiunus. ❡ Vbi etiam ſolutum eſſet ieiunium: nõ obſtaret: quia præceptũ de perfectione ſacramenti maius eſt: vt ſupra patuit. ❡ Cautum tamẽ videtur vt ante ablutionem reliquiæ dili



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

genter perquirantur & recolligentur atq;
ſumantur.
¶ Si vero dubium ſit vtrum reliquiæ iſtę
reſolute ſint de hoſtia conſecrata vel non
conſecrata agatur vt dictum eſt, cum hac
tamen generali intẽtione ac conditione
ſi ſint conſecrate.
iij ¶ Quid agendum ſi poſt ſumptionẽ ſan
guinis reperiatur aliqua hoſtia integra?
Sol. Si certum ſit ꝙ ſit conſecrata & repe-
riatur ante ſumprionẽ ablutionis: ſtatim
ſumi poteſt vel reſeruari. ¶ Sic etiã agen
dum eſt: ſi ſupermãſerit aliqua hoſtia de
eis quibus alij communicauerunt. Si poſt
ſumptionem ablutionis inueniatur: reſer
uetur pro viatico: vel in ſequenti cęlebra
tione ſumatur. ¶ Si vero dubium ſit: an
ſit conſecrata: agatur eodem modo: cum
hac tamen conditione ſi ſit conſecrata.
iiij ¶ Quid agendum: ſi quis poſt ſumptio-
nem corporis xp̄i ſtatim patiat̃ vomitũ?
Sol. Reuerenter recolligantur ſpecies pa
nis ſi diſcerni poſſunt & reponantur in ſa
crario: vel ſumãtur ab aliquo: ſi ſaltẽ aſſit
aliquis ad ſumendũ diſpoſitus abſq; nau
ſea: & ea in q̄bus inuente fuerint ſpecies
comburantur: & cineres in ſacrario recõ-
dantur.
v ¶ Quid agendum: ſi quis poſt ſumptio-
nem ex infirmitate ſtatim emittat per ſe-
ceſſum quod ſumpſit?
Sol. Recolligantur ſpecies: & fiat ſicut in
caſu præcedentis dubij.
vj ¶ Quid agendum: ſi hoſtia conſecrata &
reſeruata reperiatur putrefacta vel aliun
de cortupta.
Sol. Reuerenter tractetur: & in ſequenti
miſſæ cælebratiõe ſumatur poſt ſumptio
nem ſanguinis. Si vero ſumi non poſſit:
recondatur in ſacrario.
vij ¶ Quid agendum: ſi hoſtia conſecrata
comeſta fuerit a mure vel alio bruto ani-
mali?
Sol. Si animal iſtud ſtatim appræhendi
poſſit aperiatur corpus eius: & diligen-
ter perquiratur tam in ore q̃ in inteſtinis
ſi aliquę ſpecies inueneri poſſint: quæ ſi
inueniantur recolligantur & recordan-
tur in ſacrario. Corpus vero animalis cõ
buratur: & cineres ſimiliter recondantur
Artic. iiij Reſoluens quatuordecim dubia
circa vinum priuſq̃ conſecretur inciden-
tia.
j ¶ Quod & quale debeat eſſe vinum: vt
ſit aptum ad conſecrandum?



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sol. Debet eſſe vinū vitis de vua expreſſum: & iō non pōt hoc ſacramentū cōfici in

- Aqua vinata ſeu aqua ſup fuſa ſup aceruos vuarū poſt vinū exp̄ſſū.
- Agreſto .i. ſucco de vua immatura expræſſo.
- Aceto.
  - quia nō eſt vinū.
- Vino.
  - Malogranatorum.
  - Mororum.
  - Cæraſorum.
    - qa nō eſt vinū.
  - Vitis adhuc ī vua contento, quia nō eſt expræſſum de vua: vnde magis habet rōnē comeſtibilis q̄ potabilis.

ij ❡ Quid agendū: ſi loco vini fuerit aqua vel alius liquor poſitus in calicem.

Sol. Si ſacerdos hoc percipiat ante conſecrationem panis & vinū habere nō poſſit: miſſam deſerat imperfectam. Si autē vinum habere poſſit: effundat priorē liquorem: & imponat vinum cum aqua: p̄cedatq; vlterius nihil repetendo. ❡ Si vero percipiat poſt cōſecrationem panis & ante conſecrationem calicis: & vinum non poſſit habere: procedat nihilominus



corpus chriſti ſumendo abſq; ſanguine: & miſſam terminando. ❡ Sed ſi poſſit habere vinum: effundat liquorem: & pręparet calicem vt ſupra: procedatq; ad conſecrationem calicis. Incipiendo ibi Simili modo: nihil repetēs de prius lectis. Si aūt percipiat hoc poſt cōſecrationem calicis & ante ſumptionem atq; diuiſionem hoſtie: tunc effundat illum liquorem in aliud vas: qui poſtea propter reuerentiam verborum conſecrationis ſuper ipſum prolatorum: mittatur in piſcinam: Imponatq; vinum aqua mixtum in calicem: quo facto accedat ad cōſecrationem ſanguinis reincipiēdo ibi. Simili modo & deinde p̄cedat more conſueto. Vbi vero vinū haberi non poſſet: ſumendū eſt corp⁹ abſq; ſanguine: vt in caſu p̄cedenti. Et ita etiā in ſequentibus agendum eſt: ſi vinum haberi non poſſit. Sed ſi hoſtia ſit diuiſa: & pars miſſa in calicem: tūc caute extrahat illam partem: & reponat ſuper patenam: & liquorem effundat in aliud vas: quem poſtea ſumat poſt ablutionem, vel in ſacrario recondat: propter reuerentiam hoſtie conſecrate impoſite in ipſum. Deinde imponat vinum cū aqua: & reincipiat vbi prius procedendo ad conſecrationē ſanguinis. Et quia illa pars hoſtie q̄ ex



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tracta eſt de calice nõ poteſt bene tracta
ri ꝓpter humectationẽ : ideo capiat aliã
partem hoſtie non humectatã: & cũ ꝟbis
ac ſignis conſuetis mittat in calicem par
tem vero humectatam ſumat cũ alia par
te non humectata: & procedat vlteri9 mo
re ſolito. ¶ Si vero prędictum liquorem
percipiat poſt ſumptionẽ corporis : ante
tamen ſumptionẽ & guſtationẽ iſtius li-
quoris indebiti: tunc ſicut prius extrahat
partem hoſtie miſſam in calicem: & repo-
nat ſuper patenam: & faciat cum liquore
vt prius. Imponatq; vinum cum aqua: &
conſecret ſanguinem: reincipiendo vt ſu
pra. Et vbi facienda ſunt ſigna ſuper cali
cem cũ hoſtia anteq̃ dicit̃ & etiam cũ di-
cit̃. Pax dñi &c. faciat ſigna illa abſq; ho-
ſtia ſuper calicem. In cæteris ꝓcedat mo-
re ſoluto: tãdem ſumat partem hoſtie hu
mectatam & poſtea ſanguinẽ : & miſſam
perficiat vt conſuetum eſt. ¶ Sed ſi liquo
rem illũ ſumere incepit : & adhuc in ore
teneat vel partim deglutierit: dummodo
pars hoſtie in calice remanſerit : emittat
diſcrete ex ore in aliud vas: & extrahat
partem hoſtie: & agat cum liquore & cæ-
teris vt in caſu præcedenti. ¶ Si autem
etiam partem hoſtie in os ſuſceperit non
tamen tranſglutierit: diſcrete & caute to-



tum emittat ex ore in calicem: deinde ex
trahat partem hoſtie vel particulas eius
ſi in particulas reſoluta fuerit: & faciat in
cęteris vt ſupra. Si vero partem hoſtie cũ
liquore ſumpſerit: tunc niſi graue ſcanda
lũ timeatur: apponenda eſt alia hoſtia cõ-
ſecranda: & calix cum vino & aqua prepa
rãdus: & reincipiẽdũ eſt a canone & vtrũ
q; conſerṽandum atq; ſumendum. ¶ Sed conſervandus
ſi graue ſcãdalum timeatur ex appoſitio
ne noue hoſtie: tunc ſolum preparetur ca
lix cum vino & aqua & incipiatur ab illo
loco. Simili modo. & concludat cum iſtis
verbis : hęc quotiencunq; feceritis in me
moriam facietis : & ſtatim ſanguis ſic con
ſecratus ſumatur.

¶ Nec obſtat in iſtis caſibus: ſolutio ieiu-
nij: quia præceptum de perfectiõe ſacra
menti maius eſt q̃ præceptum de ieiunio
vt ſupra dictum eſt. In omnibus etiam di
ctis caſibus cum tali cautela & diſcretio- S. tho. iij.
ne agendum eſt : vt quantuncunq; fieri p. q. lxxx
poterit ſcandalum euitetur. Vnde neq; iij. ar. vj.
hoſtia neq; calix iterato eleuari debet : ſi ad. iiij. vt.
prius facta fuerit eleuatio. p3. c. com

iij ¶ Quid agendum: ſi impoſitum ſit vinũ perimus &c. rela-
corruptum? tũ de con

Sol. Quia vinũ corruptum ſpeciẽ vini atq; ſe. di. ij.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſubſtantiam amiſit: ſicut mutatio acciden-tium demonſtrat. Ideo non eſt conſecra-bile. Cum ergo percipitur eſſe corruptũ aliquo modorum expreſſorum in præce-denti dubio: agatur vt ibidẽ expoſitũ eſt.

iiij ℭ Quid agendum: ſi vinum non ſit impoſitum calici: neq; aliquis alius liquor: ſed dimiſſus ſit vacuus?

Sol. Quam cito percipitur imponendũ eſt vinum aqua mixtum & vlterius procedẽdum. ℭ Si autem vinum haberi non poſſit: & fuerit ante conſecrationẽ panis: tũc miſſa deſeratur imperfecta. ℭ Si vero cõſecratio panis facta ſit: procedatur in miſſa vt circa ſcdm dubiũ hui9 articuli tactũ eſt.

v ℭ Quid agendum: ſi vinum ſit diſpoſitũ ad corruptionem non tamen corruptum vt ſi aceſcat: vel ſi ſit pendulum aut fœtidum immundum aut alium conſimilẽ habens defectum?

Sol. Si percipiatur ante conſecrationẽ calicis remoueatur & apponatur vinũ aptũ ſi haberi poſſit. Si autem haberi non poſſit: vel ſi percipiatur poſt cõſecrationem: procedatur & perficiatur officium.

vj ℭ Vtrum in muſto poſſit confici hoc ſacramentum? De cõſe. di. ij. c. cũ omne.

Sol. Poteſt confici: ſed non debet ſi non ſit



defecatũ vel purificatum: niſi neceſſitas cogat: qua cogẽte: poſſet etiam exprimi de vua in calicem.

vij ℭ Vtrum vino cõſecrando poſſint vue integre permiſceri?

Sol. Hoc fieri non debet quoniam prohibitum eſt. vt habetur de conſe. di. ij. didicimus. Neq; permiſceri debet muſtum ex vua preſſum in calicem.

viij ℭ Vtrum confici poſſit hoc ſacramentum innectare ſiuæ vino condito: aut ꝑ eſp ecies aromaticas collato.

Sol. Quamdiu natura & ſpecies vini manet: poteſt confici: non tamen fieri debet: niſi caſu in neceſſitatis.

ix ℭ Vtrum poſſit confici in vino puro abſq; commixtione aquæ?

Sol. Poteſt: ſed nõ debet. Vnde ſi ſacerdos ante conſecrationem depræhendat aquã non eſſe commixtam: ſtatim commiſcere debet.

x ℭ Quæ & qualis debet eſſe aqua: q̃ vino permiſcenda eſt? S. tho. iij. p. q. lxxiiij ar. vij. ad. iij.

Sol. Aqua debet eſſe naturalis ſiuæ elemẽtaris & pura.

xj ℭ Quanta debeat aqua vino amiſceri? c. perniceriosus. extra de celc. miſ.

Sol. Tam modica debet imponi: vt vinum in ſua natura & ſpecie poſſit permanere. Si enim a natura ſua mutaretᷣ: non poſſet

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

confici. Vnde vna gutta aquæ q̃tuncunqꝫ parua dummodo debito tempore fuerit impoſita vt poſſit fieri mixtio: ſufficit: & præcipue ſi vinum ſit debile.

xij ¶ Vtrum ſufficiat ꝙ aqua fuerit admixta vino adhuc exiſtente in dolio.

Sol. Non ſufficit. Quia enim cõmixtio illa ſacramentalis eſt. Ideo fieri nõ debet añ q̃ myſteria inchoentur: vel fiat præparatio ad inchoandũ & ad tardius imminente oblatione vt poſſit fieri tranſmutatio in vinum.

S.tho. vbi ſupra ar.viij.ad iij.

xiij ¶ Vtrum quis licet poſſit non conſecrare vinum facta conſecratione panis?

Sol. Non poteſt licite: perfecta enim debẽt eſſe ſacramenta. Chriſtus autem hoc ſacramentum ſub ſpeciebus panis & vini inſtituit: vnde vtrũqꝫ offerri: conſecrari: & ſumi debet.

xiiij ¶ Quid agendum: ſi ſacerdos dep̄hẽdat vinum eſſe congelatum in calice cum vult conſecrare?

Sol. Sacerdos curam adhibere debet vt reſoluatur: vt per applicationem prunarũ, aut panni calefacti vel manuum calefactarum aut per infuſionem vini calefacti vt recipiat rationem actualem potus. Si tamen non reſolueretur: nihilominꝰ poſſet confici: quia per conglutinationẽ natura vini non eſt corrupta. Hoc tamẽ caueri debet quantum fieri poteſt.

Arti.v. Reſoluens octo dubia quæ circa vinum cõſecratum ſiuæ ſanguinem chriſti ante ſumptionem occurrunt.

i ¶ Quid agendum: ſi ſacerdos poſt conſecrationem recolat vel deprehẽdat aquã non fuiſſe ad mixtam vino: vtrũ videlicet adhuc debeat admiſcere?

Sol. Nullomodo debet aquam vino conſecrato admiſcere: quia ſequeretur corruptio ſacramenti ad minus in aliqua parte quod caueri debet: ſi fieri poſſit. Sed procedat ſine admixtione aquæ. Admixtio enim aquæ non eſt de neceſſitate conſecrationis: ſed conſecrantis.

S.tho.iij. per. q̃ſti. lxxxiij.ar. vj.ad.iiij.

ij ¶ Vtrum ſacerdos ſemper teneatur ſumere ſanguinem?

Sol. Quotienſcunqꝫ conſecrat tenetur ſumere, niſi irremediabile impedimentum ſuperueniat. Si tamen alius ſacerdos nõ cælebrans communicando ſumat corpus chriſti: talis non debet ſumere ſanguinẽ: ſed vinum non conſecratũ poſt ſumptionem corporis.

De cõſe. di.ij.c.relatũ &.c. comperimus.

iij ¶ Quid agendũ: ſi ſacerdos ex quacũqꝫ cauſa non poſſit ſumere vinum: & ita etiã neqꝫ ſanguinem ſumere valeat.

Sol. Si ſacerdos ſciat vel ꝓbabilit̄ timeat ꝙ

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

nõ poſsit abſq; nauſea & periculo vomi-
tus vel alio inconuenienti: tantum vini
ſumere quantum ad conſecrationem ne-
ceſſarium eſt: non debet celebrare. ¶ Et
ſi miſſam inceperit & nondum conſecra-
crauerit corp9 iceptã dſerat. Si aũt p9 cõ
ſecrationẽ corporis & ante cõſecrationẽ
ſanguinis ſentiat vel timeat ſe non poſſe
ſumere ſanguinem propter nauſeam ex
inſpectione vel odore vini conſecrandi:
vel alio huiuſmodi accidente non debent
conſecrare ſanguinem. Sed debet proce-
dere ſicut in illo caſu vbi poſt cõſecratio-
nem panis calix depræhenditur vacuus:
vel liquore non cõſecrabili paratus: & nõ
poteſt vinum debitum haberi ad cõſecrã
dum: prout tactum eſt ſuperius articulo
quarto in ſolutione ſecundi dubij. ¶ Si
vero poſt conſecrationẽ ſanguinis & præ
cipue circa tẽp9 ſumptionis eius hoc ſen
tiat vel timeat: tutius eſt q nõ ſumat: ſed
reuerẽter atq; diligẽter reſeruet vsq; ad p
ximã cælebrationẽ. In q̃ poſt ſanguinẽ tũc
conſecratũ & ſumptũ ſumat illũ reſeruatũ

iiij ¶ Quid agendũ: ſi cum ſumi debet ſan-
guis: ſpecies vini ſit congelata?

Sol. Fiat reſelutio aliquo modorum tacto-
rum ſuperius circa dubium decimũ quar-
tum arti. iiij. hoc tamẽ obſeruato: q nul-



lo modo ſuperinfundatur vinum caleſa-
ctum eadem ratione qua nõ debet admi-
ſceri aqua vino cõſecrato: vt circa primũ
dubium huius articuli dictum eſt.

v ¶ Quid agendũ: ſi muſca vel aranea aut
aliud huiuſmodi ceciderit in ſanguinem.

Sol. Animal illud caute debet capi: & dili-
genter lauari & comburi: & ablutio cũ ci-
neribus in ſacrarium mitti. ¶ Et ſi abſq;
honere & periculo ſumi poſsit ſanguis:
ſumatur more conſueto. ¶ Si autem pro-
pter honorem vel periculum vel timorẽ
vomitus ſumi non poſsit: tunc debet effũ
di in aliud vas ad hoc aptum: & cum reli-
quijs reſeruari. Nihil enim abhomina
bile ſumi debet occaſione huius ſacramẽ
ti. ¶ Et tunc ne ſacramentum maneat im
perfectum: debet aliud vinum aqua mix-
tum in calicem poni: & vlterius procedi
eo modo quo ſuperius circa ſecundũ du-
bium arti. iij. expreſſum eſt: ſecundum q
ante vel poſt ſumptionem corporis hoc
depræhenditur.

S. tho. iij. p. q. lxxx iij. ar. vj. ad. iij.

vj ¶ Quid agendum: ſi ſacerdos ante ſum
ptionem ſanguinis depræhẽdat venenũ
eſſe immiſſum.

Sol. Nullo modo debet ſumere: nec alteri
dare: ne calix vitæ: vertatur in mortẽ. Sed
debet infundere in aliud vas aptũ: & alte

s. tho. vbi ſupra.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rius procedere: modo in ꝑcedenti dubio
expræſſo.
vij ❡ Quid agendum: ſi ſanguis effundať
per negligentiam non ex toto: ſed in par
te: vel aliquid ſtillauerit de calice?
Sol. Quocunqꝫ ſanguis ceciderit extra ca
licem: ſtatim & reuerenter recolligať diſ-
cretiori modo quo fieri poterit & in cali-
cem refundatur. ❡ Si autē recolligi nulla
tenus poſſit: cito lambatur vel ſorbeatur
aut ſuggatur per ſacerdotē: ne vel deflu-
at: vel imbibatur rei ſuper quam cecidit.
Nec obſtat ſi nondum ſumpſit corpꝰ xp̄i:
quia neceſſitas hic cogit vt ſanguis ſuma
tur ante corpus. ❡ Vbi vero ſacerdos nō
poſſet hoc tam celeriter facere: vel vbi de
hoc greue ſcandulū timeretur ſi ipſæ hoc
faceret: tunc poteſt & debet miniſtrans
ad miſſam ſi ſaltem ſit diſpoſitus ad minꝰ
per veram contritionem & propoſitū cō
fitendi &c. hoc facere. Et præcipue: ſi cæ-
lebrās verbo vel ſigno id iubeat. Et ſi mi
niſtrans non fuit diſpoſitus: poterit & de
bet hoc aliꝰ diſpoſitus facere: etiā ſi ſit lai
cus: neceſſitate ad hoc cogente. Meliꝰ eſt
em̄ id facere q̄ ꝙ enormis irreuerētia fie-
ri ſacro, vt puta ꝙ canis vel aliud animal
incipiat lābere vel deſuper mingere: aut
ꝙ pedibus conculcetur: aut alia hmōi ir-



reuerentia abhominabibes contingat.
❡ Si præterea ſanguis ceciderit in terrā
vel ſup tabulā aut aliud hmōi: poſt actio
nem eorum quæ iā dicta ſunt: radatur lo
cus quem tetigit: & qđ abraſum fuerit cō
buratur: & cinis intra altare vel ſacrariū
recondatur. ❡ Si autem lintheum altaris
vnum vel plura tetigerit: fiat poſt ſupra-
dicta: trina lotio illiꝰ vel illorum cū aqua
munda calice ſuppoſito: vt in illum aqua
ablutionis recipiatur: quæ poſtea ſuma-
tur a cælebrante vel miniſtrante. St tamē
propter nauſeam ſumi non poſſit: recon-
datur iuxta altare vel mittať in piſcinam
❡ Sic etiam agendum eſt: ſi ſup veſtē cō-
ſecratam ſanguis ceciderit: vel illam teti-
gerit. ❡ Si vero veſtem non cōſecratam
tetigerit: poſt trinam ablutionem factam
reſcindatur illa pars veſtis: & in altari vel
ſacrario cum reliquijs reponatur: vel cō-
buratur: ſi ſacerdoti hoc magis expediēs
videatur: & cineres recōdantur vt ſupra
❡ Tutum etiam eſt vt veſtis illa non aſſu
matur in vſum priorem: ſed vel veſtis cō-
ſecranda ex ea fiat: vel recondatur: aut
comburatur vt ſupra.
❡ Simili modo agendum videtur ſi ſan-
guis tetigerit capillos vel barbam ſace-

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſacerdotis. Fienda eſt enim ablutio vt ſu-
pra: & abraſio capillorũ vel barbe: & poſt
ea combuſtio vt ſupra. Si autem tetigerit
caput vel faciem aut aliam partem corpo
ris nudam: ſufficit ꝙ diligenter & diſcre-
te lauetur: & de ablutione fiat vt ſupra.

viij ¶ Quid agendum: ſi ſanguis ex toto ef
fundatur, ita ꝙ nihil pœnitus maneat in
calice quod ſumi poſsit?

Sol. Si de effuſo aliquid recolligi poſsit: vel
lambi aut ſorberi aut ſuggi: agendum eſt
vt in ſolutione præcedeutis dubij tactũ
eſt. ¶ Si autem nullum iſtorũ fieri poſſit:
ne ſacramentum maneat imperfectum
præparandus eſt calix de nouo cum vino
& aqua: & vlterius procedẽdum eſt ſicut
in caſu quo calix poſt conſecrationẽ cor-
poris vacuus depræhenditur vel incepto
liquore præparatus: vt ſuperius arti. iiij.
circa reſolutiones ſecundi & quarti du-
biorum expræſſum eſt.

Arti. vj. Reſoluens ſex dubia quæ circa ſan
guinem poſt eius ſumptionem occurrũt.

j ¶ Quid agendũ ſit: ſi ſacerdos poſt ſum-
ptionem ſanguinis depræhendat aliquã
guttam adherere in orificio calicis: vel ex
terius in pede aut alia parte calicis.

Sol. Si certus ſit ꝙ illa gutta ſit conſecrata
quia videlicet ſcit ſe poſt præparationẽ



calicis diligenter abſtergiſſe calicem: tam
exterius q̃ etiã interius ab illo loco vbi
ſtat vinum infuſum, tunc debet ſumere il-
lam guttam ante ſuptionem ablutionis.
¶ Si autem ſit dubius an ſit conſecrata:
ſumat ſub hac generali intentione & con
ditione: ſi ſit conſecrata. ¶ Si vero certꝰ
ſit ꝙ non ſit conſecrata: ſumat cum ablu-
tione: vel poſtea vel abſtergat: ſi exterꝰ
adhereat. Quomodo autẽ haberi poſſit
probabilis certitudo in tali vel aliꝫ caſi-
bus cõſimilibꝰ: patebit ex. c. ſequẽti arti. j.
circa reſolutionẽ decimitertij & ſequẽtiũ

ij ¶ Quid agendum: ſi poſt ſumptionẽ ſan
guinis deprehẽdat ſacerdos aliquã guttã
vel liquorem ſpeciei vini adherere caſule
vel manipulo: aut alteri huiuſmodi?

Sol. Si certus ſit de conſecratione iſtiꝰ gut
te vel liquoris: lambat vel ſuggat: & pro-
cedat vt ſuperius in ſolutione ſeptimi du
bij: articuli præcedentis dictum eſt. ¶ Si
dubitet: faciat hoc ſub conditione vt cir-
ca præcedens dubium dictũ eſt. ¶ Si cer
tus ſit ꝙ nõ ſit cõſecratus liquor ille vel
gutta: tunc non eſt curandum de tali.

iij ¶ Vtrum ſtatim poſt ſumptionẽ ſangui-
nis debeat fieri ablutio digitorum ſuper
calicẽ. Ex quo eñ adhuc in calice reman-
ſit aliqua ſpecies vini, vt puta humor ꝙ



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dam ſiue humiditas ſub qua ſanguis con
tinetur: tales ſpecies ſi vinũ ſuper infun-
datur: corrumpẽtur & ſic ibi deſinet eſſe
ſanguis chriſti? ¶ Quid igitur agendum:
vt ſumi poſsit abſq; corruptione?

Sol. Circa hoc ſacramentum: de poſſibilib9
agendum eſt quod decentius eſt: & ꝑ ma
iori reuerentia tanti ſacramenti cõueniẽ
tius. Non eſt autẽ poſſibile vt ſpecies ſa-
cramentales circa huius ſacri cælebratio-
nẽ diu manere poſſint incorrupte: immo
neceſſe eſt: vt cito corrũpanť. Cũ eñ poſt
ſumptionẽ in ſtomachũ deſcẽdũt: nõ diu
perſiſtere poſſunt incorrupte: nõ ſolũ ꝓ
pter ſubſequentẽ debite ablutionis ſum-
ptionẽ: ſed & propter ꝑmixtionẽ humo-
rũ in ſtomacho etiã ieiuno præexiſtẽtiũ.
Sic etiam in deſcenſu ad ſtomachũ ſi ſint
in parua aut modica quantitate corrum-
puntur per admixtionẽ humoris ſaliua-
ris. Et pari rõne etiã in ore, præſertim cũ
poſt dicendũ ſanguinis adhuc remaneat
in lingua & ore humiditas ſacramentalis:
quã humor ſalivalis q maior eſt corrũpit.
¶ Ab extra quoq; hoc idem quãdoq; ne
ceſſario contingit. Nam ſi poſt cautã etiã
ſanguinis ſumptionem non fiat abſterſio
vel ablutio calicis: nihilominus humidi-
tas in calice remanens per exhalationem



ſiuę circunſtantem aerem corrumpetur:
& deſinet ibi eſſe ſanguis. ¶ Idem etiam
contingit circa exteriorem ſupeficiem ca
licis in ea parte qua applicatum fuit infe
rius labium ſacerdotis. Certum enim eſt
ꝙ labio illo humectato humiditate ſacra
mentali: etiam dicta pars calicis tacta hu
mectatur. Sic itaq; caueri nõ poteſt: quin
ſpecies ille ſacramentales corrumpantur
& deſinat ibi eſſe ſacramentũ. ¶ Abijciẽ-
da eſt igitur pœnit9 omnis ſcrupuloſitas
vbi ineuitabilis occurrit neceſſitas. Cõue
niẽtiori tñ mõ & decẽtiori: vt dixim9: agẽ
dũ eſt. ¶ Et vbi occurrit difficultas: ſemp
accipiendũ eſt illud qđ min9 habet de pi-
culo. Non autem videtur modus conue-
niens: ꝙ cum lingua calix exterius vel in
terius lãbatur: & ita humiditas illa ſumať
vel abſtergatur: pręcipue propter ſcanda
lum aſtantium. Neq; faciliter hoc poſſet
fieri quo ad humiditatẽ quæ adheret fun
do calicis. ¶ Sic etiam non videtur con-
ueniens modus: vt cum digito humiditas
illa abſtergať. Oportet enim digitũ poſt
ea abluere vel ſuggere: & vtroq; modo ſpe
cies corrumperentur: & non poſſent per
uenire ad ſtomachum. Cum hoc etiã poſ
ſet occurrere periculum: ſi videlicet hu-
miditas ſacramentalis ſubintraret inter



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

vnguem & cutē digiti: vbi neq; ablui neq; erugi faciliter poſſet. Ex hoc etiā poſſent aſtantes attediari & ſcandalizari ꝑpter multiplicē immiſſionē digiti in calicē & alia huiuſmodi. ¶ Cōuenientius ergo hoc modo agendum videtur: vt ſacerdos cum diligentia & cautela: ſic primo ſumat ſanguinem de calice: vt nihil amplius q̄d per labia extrahi poſſit in eo remaneat: eleuando ſurſum: vel erigendo pedē eius & declinando concauum ipſius verſus faciem: vel inter labia ſumendo: & ſic tenēdo: donec a fundo calicis tota humiditas quæ defluere poſsit: defluat ad labiū calicis. diligenter tamen cauendo ne aliq̄d decidat. Et inde ſumat per attractionem etiam cū anhelitu. Et poſtq̄ diligenter notauerit: ꝙ nihil amplius defluere poſſit abluat primo calicē: ne aliquid de ſanguine adherens remaneat in eo: & poſt ſumptionē illius ablutionis: abluat digitos ſuꝑ calicē: vt ſic & humiditas calicis & ſpecies panis ſi aliquid de illa in digitis remāſerit: totaliter abluatur: deinde ſumat.

¶ Non ſit autem nimis parc⁹ in vino circa ablutionē: ſed tantū capiat: vt & os & labia quæ ſpeciebus ſacramentalib⁹ fuerunt humectata: ſufficiēter ablui poſſint: & vt etiā per labia ſic abluta: poſſit ablui



exterior: pars calicis: ſpeciebus ſacramētalibus prius humefacta. ¶ Valde autem cauendum eſt: ne ſacerdos ſit nimis prolixus in dicto modo agendi: vt non generet tedium aſtantibus. Ne ſit etiā in modo agendi ſingularis contra morem & cōſuetudinē diocesis vel religionis ſuæ: vt aſtantes non ſcandalizentur de ſua ſingularitate: vel de alijs ſacerdotibus qui illum ſingularitatem non obſeruant: ſuſpicantes eos errare.

iiij ¶ Quid agendum ſi ſacerdos poſt ſumptionem ſacramenti corporis vel ſanguinis: vrgeaṫ ſputo vel tuiſſi aut ſcreatione

Sol. Ante ſumptionē ablutionis nullo modo expuendum eſt vel extuſſiendum aut ſcreandum: ne ſic ſpecies ſacramentales: & per conſequens ſacramentum eijciantṫ ſed ſputū vel quod vrgeat ad tuſſim aut ſcreationem: retineatur vel tranſglutiaṫ. ¶ Si autem ex nimia violentia hoc fieri non poſſet expuatur vel extuſſiatur vel ſcreetur in aliquod vas aptum vel in calicem: ſi aliud haberi non poſſit: vel in panniculum mundū: & poſtea materia illa ſi non appareant aliquæ ſpecies ſacramentales in ea cōburaṫ: & cineres reponanṫ in ſacrario. ¶ Verūtamē ſi ſacerdos ante inceptionē ꝑſentiat ſe aliqua tali paſſio



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ne violenter moleſtari: tutius eſt vt a cæ
lebratione abſtineat. ¶ Si vero poſt ſum-
ptionem debite ablutionis qua & os & la
bia ſint etiam ſufficienter abluta: vrgeat
aliquo prædictorũ: quis non ſit amplius
periculum: tamen propter reuerentiam
maiorem ſacramenti: bonum eſt vt abſti-
neat quantũ pôt quouſq; aliũ potũ vel
cibum ſumpſerit. Si tamen nimis vrgeat
eijciat huiuſmodi ſuperfluitas ad aliquẽ
locum vbi non conculcentur pedibus: vel
habeat ſecum panniculum in quẽ mittat.

v ¶ Quid agendum: ſi poſt ſumptionẽ ſan
guinis patiatur ſacerdos vomitum: vel
ex infirmitate emittat per ſeceſſum quod
ſumpſit.

Sol. Sufficienter patet ex dictis. Si enim ibi
non poſſint deprehendi ſpecies ſacramẽ
tales panis: ex quo ſpecies vini iam per
mixte ſunt alijs humoribꝰ vt neq; poſſint
diſcerni: quia fortaſſis corrupte: inuoluẽ-
da eſt illa materia in ſtuppa vel panno: &
cõburrẽda: & cineres reſeruãdi vt ſupra.

vj. ¶ Quid agendum: ſi ſacerdos poſt ſum-
ptionẽ ſanguinis deprehẽdat venenũ aut
animal venenoſum fuiſſe in calice: & illud
ſe ſũpſiſſe: aut ſcilicet liceat ei euomere?

Sol. Si per vomitũ ſperet ſe liberari: & pre
ſertim ſi medicꝰ cõſulat: licet ei euomere.



Hoc tamen caute fieri debet in aliquod
vas mundum: & ſi alique ſpecies ſacramẽ
tales ibi appareant recolligantur & in ſa-
crario reſeruentur: reliqua vero materia
cõburatur: & cineres ſimiliter reſeruent.

## ¶ Capitulum octauum de dubijs quæ circa debitam formam conſecrationis iſtiꝰ ſacramenti occurrunt duos complectans articulos.

Arti. j. Reſoluens ſexdecim dubia: circa for
mam conſecrationis panis occurrentia. M. iiij. ſen. di. 8.

j ¶ Quæ ſit ſufficiens & debita forma con
ſecrationis panis? M. xxvj. Mar. xiij. Luce. xx ij. j. Cor. xj.

Sol. Forma aſt iſta.

**Hoc eſt enim corpus meum.**

ij ¶ Vtrũ hæc cõiunctio. Enĩ: ſit de ſubſtan
tia forme: & de neceſſitate etiã ꝓferenda

Sol. Nõ eſt de ſubſtantia forme. Neq; de ne
ceſſitate conſecrationis ſacri: non tamen S. tho. iiij
debet ſciẽter obmitti. Alioquin ſacerdos ſẽ. di. viij.
grauiter peccaret. & q. ij. ar

iij ¶ Vtrum ſacerdos ſi obmiſſis omnibus j. & iij. p.
alijs quæ in miſſa dici ſolent: diceret ſolũ qſti lxxx
ꝑdicta verba ſup panẽ aptũ conſecraret? viij. ar. ij. ad. v.

Sol. Si ea diceret cũ intẽtiõe cõſecrãdi tunc
cõſecraret, ſed grauiter peccaret faciens
contra ritũ & ordinationem eccleſiæ. Vn-
de in nullo caſu hoc faciendum eſt.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iiij ¶ Vtrum ſacerdos conſecraret ſi prædi
cta verba vel aliqua eorū mutaret q̄tū ad
idioma proferendo.ſ.in alio idiomate.
Sol. Si per hoc intēderet inducere hereſim
vel errorem in eccleſiam & formam eccle
ſiæ abijceret tanq̄ inutilē vel inefficacem
& ſuam introducere quaſi magis ſufficiē-
tem & efficatiorem non conſecraret: quia
deficeret in intentione requiſita ad con-
ſecrandum. ¶ Si vero nullum prædi-
ctorum intenderet: ſed conſecrare ſecun
dum intentionē eccleſiæ tunc cōſecraret:
ſed grauiter peccaret: ritum & eccleſiæ in
ſtitutionem non obſeruans.

v ¶ Vtrū ſacerdos: ſi addat aliqua alia ver
ba ad prædictam formam: conſecret?
Sol. Si per talē additionē mutetur ſignifi-
catio verborū vel ſenſus orōnis: ita ꝙ di-
ſtrahant̄ a ꝓpria ſignificatione vel ſenſu,
non fit conſecratio. Si vero manet ſignifi
catio & ſenſus: fit conſecratio. Sed ſcien-
ter ſic faciens: grauiter peccat rōne qua
ſupra. ¶ Si tamen interponerentur mul-
ta verba impertinentia ꝑ q̄ ſolueret̄ con-
tinuitas orōnis: non fieret conſecratio.

vi ¶ Vtrum ſacerdos ſubtrahens vel dimi-
nuens aliquid de p̄dicta forma cōſecret?
Sol. Si ſubtrahat̄ aliquod quattuor verbo
rum quæ ſunt de ſubſtantia formæ: nō fit
conſecratio. ¶ Si vero ſubtrahat̄ vel ob-
mittatur aliqua ſyllaba vel litera: ex cuiꝰ
ſubtractione nō impedit̄ ſignificatio vel
ſenſus: ſicut pōt coniungere in ultima ſyl
laba vel litera dictionis tunc conſecrat̄.
¶ Diligenter tamen cauendū eſt ne fiat.
¶ Si aūt formidet ꝙ impedita ſit ſignifi-
catio vel ſenſus: tutiꝰ eſt vt forma a prin
cipio repetatur.

vij ¶ Vtrum incongrue proferens verba cō
ſecrationis ex imperitia lingue. vel inad-
uertentia, vel alio huiuſmodi conſecret?
Sol. Si ex hmōi incōgruitate nō impediat̄
conſecrationem ſed tamen fieri nō debet
ſignificatio v̓borꝝ: vel orōnis: qn verꝰ ſen
ſus formæ cōſecrationis capiat̄ fit cōſecra
tio. ¶ Sciēter tn̄ hoc faciēs grauiter pec-
cat ratione ſuperius expreſſa.

viij ¶ Vtrum ſacerdos faciens tranſpoſitio
nem verborum conſecrationis cōſecret?
Sol. Sola tranſpoſitio verborū nō impedit
¶ Si aūt cū hoc variaret̄ ſenſus: tunc nō
fieret cōſecratio: vt ſi interrogatiue dice-
retur. Eſt hoc corpus meū. ¶ Aduerten-
dum tn̄ circa dictas variationes vbi dictū
eſt ꝙ nō impediunt conſecrationem hoc
verū eſſet: niſi quis per eas intenderet in
ducere hereſim vel errorē: ꝓut tactū eſt
in ſolutione quarti dubij præcedentis.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ix ℭ Vtrū ſacerdos faciens interuallum in prolatione verborum conſecret?

Sol. Si paruū faciat interuallum: vt puta ſi ſpuat vel tuſſiat: vel aliud huiuſmodi faciat non impeditur conſecratio. Si vero magnū faciat interuallū: vt ſi poſtq̄ dicit. Hoc eſt dormiat vel aliud faciat p q̄d continuitas orõnis ſoluatur: non conſecrat?

x ℭ Quid agēdū: ſi ſacerdos nō recolat dixiſſe verba cōſecrationis: vel alia q̄ in cælebratione hui⁹ ſacramenti dici debent?

S.tho.iij. per. q̄ſti. lxxxiij. ar.vj. ad. v. Sol. Si cert⁹ ſit ſe obmiſiſſe aliq̄d eorū q̄ ſūt de neceſſitate cōſecratiōis reincipe debet a forma cōſecratiōis: & cętera p ordinem reiterare: ne muteť ordo ſacrificij. ℭ Si vero pbabiliter ei cōſtet ſe aliq̄d obmiſiſſe q̄d non eſt de neceſſitate ſacri vel cōſecrationis pcedat vlterius ſine repetione. ℭ Si aūt nullū iſtorū ſit: ſed ſolū nō recolat ſe dixiſſe: non debet ex hoc mēte pturbari: ſed vlteri⁹ pcedere. Nō em̄ q̄ multa dixit: ſemp recolit oīm q̄ dixerat. Et ī multū aſſuetis ſępi⁹ nō deliberať. Iō min⁹ recoluncť.

xj ℭ Vtrū ſacerdos p p̄dictā formam poſſit conſecrare panem abſentem.

Sol. Nō pōt. Ex quo em̄ forma in ſe cōtinet pnomē demonſtratiuū: requiritur præſentie materie conſecrandi.

S.tho.iij. p.q.lxx xij ℭ Vtrū p p̄dictā formā ſacerdos poſſit ɔſecrare panē p̄ſētē: ī q̄cūq̄ q̄titate fuerit



Sol. Pōt. ſed nō debet ī maiori q̄ntitate cōſecrare q̄ neceſſariū ſibi vř p cōiōe fideliū iiij. ar.ij. & .iiij.ſē. di.xj. ar. j. et hoc dūmodo ſit coran ſacerdote.

xiij ℭ Vtrū ſacerdos verba conſecrationis pferendo: conſecret oēm panē præſentē in altari: ſiuæ ſit extra pixidem vel reſeruaculum hoſtiarum ſiuæ intra?

Sol. Sacerdos p illa verba nullū panē etiam præſentē conſecrat: niſi ſup quē ferť intentio eius conſecrandi: & oēm talē etiā conſecrat. Vñ & oīs alius panis quē non intendat conſecrare non eſt conſecratus

xiiij ℭ Vtrū ſacerdos apponēs plures hoſtias p p p̄lo cōmunicando conſecrandas & in ipſa plationeverborū non dirigens intentionem actualiter ad oēs: ſed ſolum ad illā quā in manu tenet: oēs conſecret. Theo.4.

Sol. Si habeat intētionē virtualem ad cōſe ſen.di.8. crandum oēs licet non habeat actualem: omnes conſecrat. De hac intētione dictū eſt ſuperius.c.ij.arti.iij.in ſolutione tertij dubij. ℭ Si aūt in cōſecratione illi⁹ hoſtie quā manutenet: oēs alias intendat excludere: tunc nullā aliā conſecrat: ſed ſolum iſtam quam conſecrare intendebat.

xv ℭ Quid ſi ſacerdos intēdat cōſecrare cētū hoſtias ſiuę pticulas: tot habēs cōmunicādos: & appoſite ſint plures vľ paucio res q̄ centū: vtrū facta conſecratione oēs ſunt cōſecrate: vel ſolū alique aut nulle?

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sol. *Si expreſſe & diſtincte intendat ſolū centum cōſecrare cum excluſione pluriū & pauciorum: tunc nulla conſecratur.*

¶ *Si aūt habeat intentionē ad conſecrandū oēs illas numeratas vel in locum conſecrandū poſitas: licet erratū ſit in numero: tn̄ oēs conſecrant̄.* ¶ *Vnde cautū eſt vt ſacerdos plures hoſtias cōſecraturus: oēs ſimul ante oculos ponat & intentionē nunq̄ dirigat ad nūerū intēdēdo tot vl̄ tot cōſecrare: ſed ad oēs ibi ſimul poſitas*

xvi ¶ Quid ſi mľte ſint hoſtie appoſite etiā ſimul: vt puta cētū vel plures: & ſacerdos intendat ſolum decem conſecrare ex illis vtrum alique: & q̄ ſint conſecrate poſt ꝓlationē verborum conſecrationis.

Sol. *Si* determinate & diſtincte notet & diſcernat illas decem quas conſecrare intēdit tunc illas ſolas conſecrat. *Si vero* confuſe & *indiſtincte* intendat conſecrare decem: illas non notando & diſcernendo: tum nullam conſecrat.

M.xxvj.
Mar.13.
Lu.xxij.
Extra.de
cele.miſ.
c.cū mar
the.ſ.tho
iiij. di.8.
q.ij.ar.ij.
q.j.
Additio.
Oīa enim
ꝟba hec
ſūt de ſub
ſtācia for
ma vniꝰ

Arti.ij. Reſoluens tria dubia quæ incidunt circa formam conſecrationis vini.

i ¶ Quæ ſit ſufficiens & debita forma cōſecrationis vini?

Sol. Forma eſt iſta.

**Hic eſt eñ calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamēti: myſteriū fidei: q**



**pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.**

ſalis ecle
ſia hoc te
nēt cum
vbiq; ſa=
cerdoſe o
dē ritu &
modo. ſ.
nendo ca
licem im
manib9
oīa hec ꝟ
ba ꝓfert.
S.tho.iij.
p. q. lxx
viij.ar.iij.

ij ¶ Vtrū omnia verba prædicta ſint de ſubſtantia forme & neceſſario proferenda.

Sol. Sicut hæc coniunctio Enim. nō eſt de ſubſtantia conſecrationis panis: Ita non eſt de ſubſtantia forme conſecrationis vini: non debet tamen ſcienter obmitti.

iij ¶ Quid ſignificet hæc dictio calix in prędicta forma?

Sol. Significat liquorem vel ſanguinem in calice. Accipitur enim figurate continēs pro contento.

¶ Pro ſolutione aliorum dubiorum quæ circa prædictam formam occurrere poſſunt: notanda ſunt ea quæ circa præcedētem articulum de forma conſecrationis panis dicta ſunt. Conſimilia enim dubia circa hanc formam conſecrationis vini occurrere poſſūt. Et pariformes habēt etiā ſolutiones.

## ¶ Capitulum nonum de intentione ac ratione eorum quæ in miſſa dicuntur ſex includens articulos.

Arti.j **Præmittens diuiſionem totius miſſę in partes ſuas principales.**

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tota miſſa diui-diť in qnqꝫ ptes.

- Prima ꝑmittiť ꝑparatio ad digne perficiendum ea quæ agenda ſunt.
- Secūda fit Oblatio eorū quæ ſunt cōſecrāda.
- Tertia fit Cōſecratio eorū quæ ſunt oblata.
- Quarta fit Sumptio eorū quæ ſunt ꝯſecrata.
- Quinta: reddiť gratiarū actio pro ſumptorum perceptione.

In Prima / Scđa / Tertia / q̃rta / qnta pſcipit ab Introitū miſſȩ / Cātico offertorij / Præfatione / Orone dñica. / Antiphona quæ vocať poſt cōio. & finituraň Cāt. offe / Prefatio. / orone do / Añm p9 cōi. / In cōclu. toti9 miſ.

Arti. ij. Primam partem ſubdiuidens: intentionēq; ac rationē ſingulorū quæ in ea dicunť exponens.

Pria pars ſub-diuidiť in duas pticulas. p paratur ꝑo in-centum Orationis ſuffragium:

Pria affectus quadruplicit ſcilicet per Deuotionē, quæ excitať / Humiliationem q̃ declarať / Rectā intētionē q̃ explicať / Gr̃e cōſecutionēq̃ poſtulať p Laudis iubilum / Miſerie gemitū / Cœleſtꝫ gl'iæ con-… in Introitu. / Kyrie leyſō. / Gl'ia inex. / Collecta. / Prophetia. / Epiſtola.

Secuuda intellectus dupliciter, ſcilicet:
- Diſpoſitiue: p Doctrinā ꝓphetiarꝫ Et apoſtolorum. / Vitæ profectum. / Spirituale gaudiū. / Cordiale luctum in Graduali / Allā / Tractu.
- Perfecte: p euāgelicā lectionem / catholice fidei ꝓteſtationem in Euāgelio / Symbo.

Arti. iij. Subdiuidens ſecundam partem: cum declaratione intentionis atq; rationis eorum quæ dicuntur in ipſa.

Scđa pars in tres particulas ſubdiuidiť: in
- Pria ꝑmittiť offerētiū cū laude exhortatio. in. Cātico offert.
- Scđa exprimiť ipſa oblatio. in verbis Spū hūilita. / Suſcipe ſctā.
- Tertia petiť oblationis acceptatio. in Orone ſecret.

Et qa iſta exigūt erectionē mētis ad deū: ideo ſingulis ꝑmittiť Dñs vobiſ. loco cui9 cum oro ſecreta dicēda eſt: predicitur. Orate fratres &c.

Arti. iiij. Tertiam partē ſubdiuidens: & explicās intentionē ac rationē illorū quæ in ea dicūtur.

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ter-
tia ps
ſubdi
uidit
in qn
qꝫ pti
culas
In

Pria p̄mittit
p exercitatio
nē ppl'i ad de
uotionē præ
paratio: in q̄

Prio: cōcluſio
orōnis ſecrete
exp̄ſſe pronun
ciatur. — ibi — Per oía

Scđo a ſacerdo
te ppl's ſalutat — ibi — Dn̄s vo.

Tertio ppl's ad
erectionē men
tis incitatur. — ibi — Surſum.

Quarto ad gra
tias agēdas ex
hortatur. — ibi — Gr̄as ag.

Quinto gratia
rū actionis de
bitū đmōſtrat. — ibi — Vere di.

Scđa ſubiū-
git deuota
xp̄i laudatio
quo ad eius

Diuinitatē — dū cō — cinitur — Scs̄ ſc.
Hūanitatē — bn̄dicite

Cū angelis
Cū pueris

Tertia petit
conſecrande
materie bn̄-
dictio & acce
ptatio: vbi

Oblationē munus
q̄ dicitur ſacrificiū — ibi — Te igi tur.

Prío ge-
neraliter
p̄mittit
q̄d pecat
q̄ntū ad

offerētes
& eos p
q̄bus of-
fert quo
rū ſalus — ibi — In pri mis Pro ec- cle.

poſtulat. Eos quorū p̄rociniū iplora
tur: in quorū & reuerētia offert. Se- — ibi — Cōmu.



cundo ſp̄aliter expreſſe cōcludit
quid p oblationē hoſtie impetrā
dum poſtuletur. — ibi — Hāc igitur

quar
ta p-
agit
conſe
crat.
Vbi

Primo effect⁹ cōſecra
tionis poſtulatur. — ibi — Quā ob latur

Scđo ipa cō
ſecratio con
ſumat: quā
tum ad

Corpus
ſāguiem
xp̄i — ibi — Qui pri die. Siſ'i mō

Tertio rei cō
ſecrare cōme
moratio ex-
plicatur. — ibi — Vnde & me.

quin
ta ex
p̄mit
virtu
tis cō
ſecra
ti ſa-
cri po
ſtula-
tio:
vbi

Prío prę
mittit q̄d
petatur
quo ad

Gr̄am
vbi pe
titur.

Gl'am
pro

Prío ac-
ceptari
ſacr̄m. — ibi — Su-
pra
quę

Scđo da
ri gr̄ę do
num. — Sup
pli-
can.

Mortuis — ibi — meme
Viuis. — to et.

Scđo petitio finit & in-
ducit mediator p quē
petita obtinere ſperan
tur cum concluditur — ibi — Nobis p xp̄m dn̄m.

Tertio totus canō con-



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cluditur & orõ circa cõfectio- nẽ huiꝰ ſacri pacta in xp̃m pa- tris filiũ reducunť: & primo ea q̃ ſunt ſacri. ſcdo ex parte pſo- narũ in ſacro operantium. ꝑ quẽ ibi ꝑ ip̃m ibi

Arti. v. Subdiuidẽs quartã partẽ cũ expoſitione intentionis & rõnis ſingulorum quæ in ipſa dicuntur.

Pr̃ia præponiť ad ſumptionẽ ſacri ꝑ patio cõmunis q̃ fit per Orõnem cõem. ſ. dñicam. vbi ꝑmittiť Exortatio. Preſumptionis. excuſatio. ibi Ponit cœleſtis panis poſtulatio. Oremus Precep. Panẽ. noſtrum &c.

Deprecationẽ ſacerdotis priuatam. ibi

Pacis cõcupiſcẽtia. quæ a ſacerdote pp̃lo optatur. ibi Li. n. q̃ populo poſtulatur. ibi Pax d̃ ibi Agnꝰ

Quarta ps ſubdiuidiť in duas ꝑticulas In

¶ In miſſis tamen defunctorũ vbi ſacrificium non pro pace præſenti ſed futura requie offertur: pax non poſtulatur ſpecialis: que fit ꝑ priuatã orõnẽ ſacerdotis: vt cum dicit. Dñe ieſu xp̃i fili dei viui &c. vel aliquã aliã addit: Nã diuerſi diuerſas vel pro ſua deuotione vel ꝑ locorum conſuetudine addunt.



¶ Scđa ſubiũgiť ſacri ſumptio. Ab Sacerdote qui poſt priuatam orõnẽ ſacramẽtũ ſumit: ad qđ debet eſſe diſpoſitus: mõ ſuperius cap. vj. arti. j. expoſito. Illis qbꝰ ꝑ ſacerdotẽ diſpẽſať.

¶ Cõmuniter etiã cõſueuerunt cælebrantes poſt ſacramẽtorũ ꝑceptionẽ quaſdã priuatas orationes dicere pro gratiarum actione. vt quidam dicũt. Corpus domini noſtri ieſu chriſti &c. alij. Qđ ore ſumpſimus. &c. & quaſdã alias ſpeciales orationes: prout eos deuotio: vel cõſuetudo prouocat: quod diſcretioni vniuſcuiuſqꝫ relinquitur. Veruntamen melius videtur vt nihil vocaliter proferatur: præter ea q̃ in libro miſſali continentur: ſecundum q̄ dictum eſt ſuperius capitu. ſexto articuľ. ij. in reſolutione ſecundij dubij: ne ꝑ huiuſmodi verba permiſceantur diſcontinuentur & interrumpantur ea quę ex inſtitutione vel conſuetudine eccleſiæ dicenda & proferenda ſunt. Sed (vt ibidem tactum eſt) ſi quis habeat affectum ad aliqua alia dicenda: dicat in corde per cogitationem & deuotam meditationem. Sic enim & talis permixtio: interruptio: & diſcontinuatio vitabitur & affectus deſiderio ſuo non fruſtrabitur.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Arti.vj. Quintam partem ſubdiuidens: intentioniſq; ac rationis illorũ quæ in ea dicunt̃ explanãs

gnta pars ſub diuidit̃ i tres pticulaſ In ꝟba | Prima fit accepti beneficij cõmemora. | per | Añam poſt communionẽ: q̃ cum quadã leticia canitur.
Scda reddit̃ pro pcepto beneficio gratiarum actio. | | | Orõnẽ ſacerdotis q̃ cõplẽda dr̃.
Tertia cõcludit̃ totiꝰ miſſę ↄſumatio p ſeq̃ntia
Ite miſſa eſt. Bñdicamus dño reqeſcãt in pace. | Vbi chorus vł miniſter | Grãs agens Defũctis requiem optans | Rñdeãt | Deo grãs. Amẽ.

## Capitulum. x. de ratione & ſignificatione eorum quæ in miſſa & circa eam aguntur cum breui epilogo & concluſione totius operis duodecim articulos comprehendens.

Arti. j. Enumerans ea q̃ in miſſa & circa ipſam agunt̃.

In miſſa pcipue ſolẽni atq; circa eã decẽ gñalia principaliter occurrunt pagẽda.

| | |
|---|---|
| Primum | Lotio. |
| Secũdũ | Thurificatio. |
| Tertium | Altaris oſculatio. |
| Quartũ | Sacerdotis verſio & populi p eum ſalutatio. |
| Quintum | Geſtus variatio. |
| Sextum | Multiplex p cruces ſignatio |
| Septimum | Hoſtie fractio. |
| Octauum | Partis hoſtie ĩ calicẽ miſſio |
| Nonum | Oſculi pacis traditio. |
| Decimum | Vini nõ cõſecrati ſumptio. |



Arti. ij. Exponens rationem atq; ſignificationẽ primi principalis quod circa miſſam: & in ipſa occurrit peragendum.

Lotio manuũ añ miſſã fit ad

- Tractandum reuerenter ipſum ſacramentũ: præcioſa eñi tractare nõ cõſueuerũt hoĩes: niſi manibus prius lotis. Vñ indecens eſſet q; ad tã pcioſum & tam nobile ſacramentum tractandũ quis accederet manibus quæ defacili inquinant̃ illotis
- Incitandũ cælebrãtẽ ad deuotionẽ & internã purificationẽ: quã intendere debet.
- Inſinuandum q; oblaturus & conſecraturus hoſtiam lachrymis compunctionis lauare debet prius conſcientiam.
- Significandũ illã interiorẽ mundificationẽ Vnde ſacer Dioniſius dicit: q; extremitatũ ablutio: ſignificat ablutionẽ etiam a minimis pctis. Hoc nãq; etiã repſentabat ablutio ſacerdotũ in veteri teſtamẽ.

Lotio digitorũ in miſſa fit Añ oblationẽ vel cõſecratio | Reuerentiã ſacris exhibẽdã cũ iã offerti & conſecrari debent.



Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ne ad amplioren Deuotionem & puritatem incitandam.

Emundationem a peccatis ſignificandam.

Sacramenti reuerentiam: ne poſt tanti ſacri contactum digitis non ablutis ſtatim alia non ſacrata tangant.

Post ſacramẽti ſũptionẽ propter Periculi cautelam: vt ſi aliqd de ſpeciebus ſacramentalibus remanſerit adherẽs digitis: per ablutionẽ tollat.

Munditie retinentiam. Significat enim hęc ablutio: vt ſacerdos qui per ſacramenti perceptionem præſumitur eſſe mũdatus: poſt cælebrationem mũdiciam retineat: & a recidiua inquinatione ſibi caueat.

Arti. iij. Rationem ac ſignificationem ſecũdi principalis quod circa miſſam: & in ea agitur declarans.

Thurificatio añ miſſam ĩ ea fit ꝓpter Sacramenti reuerẽtiam: vt. ſ. per thuris bonum odorẽ expellat ſi quid mali odoris ibi fuerit qđ horrorem ꝓuocare poſſet.

Dyabolicę malignitatis repulſã ne videlicet ille malign⁹ aliqd cõtra ſacrificiũ vel cælebrãtẽ machinari, vel facere poſſit hmõi em̃ fumo om̃e ienus demoniorũ extruditur.

Deuotionẽ & orõnẽ cælebrãtis ac aſsiſtentiũ ſignificandã: q̃ per ipſos ad deum dirigitur.

Effectũ grę repſentãdũ q̃ ſicut bono odore xp̃s replet⁹ fuit.

Arti. iiij. Explicans rationem & ſignificationem tertij principalis quod circa miſſam & in ipſa agitur.

Altaris oſculatõ ante miſſam & in ipſa fit ad Sacri cõſecrandi: tractandi & ſumendi: reuerentiam

Cælebrantis amorem erga xp̃m excitandum.

Dilectionem inter chriſtum ſponſum & eccleſiam ſpõſam repreſentandam.

Deteſtabilẽ iude proditoris oſculationẽ ſignificandã: ꝑſertim quo ad illã oſculationẽ q̃ fit poſt ſacri eleuationẽ: cũ dr̃ Ex hac altaris participatione &c.

Arti. v. Quarti principalis qđ in miſſa agit rõnẽ ſignificationeq; exponens.



Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sacerdotis ad populum

Verſio quintuplex: quintuplicē manifeſtationē xp̄i in die reſurrectionis ſuæ factam repræſentat.

Salutatio q̄ fit: Septē vicibus (quinquies videlicet cum ſe vertit ad pp̄l'm: & bis cū ſe nō vertit: vt cū dicit ī p̄fatione: Dn̄s vobiſcū. Et poſt hoſtie fractionē: Pax dn̄i ſit ſemper vobiſcū ſeptiformem ſpūs ſancti gratiam ſignificat.

Arti. vj. Explanās rationē ac ſignificationem quinti principalis quod in miſſa agitur.

Geſt9 p̄ncipal' variatio eſt ſextuplex

Primo Brachiorum extenſio. q̄ ſignat Extenſionem brachiorum chriſti in cruce.

Secundo Eleuatio / Tertio. Cōiūctō / Quarto Cancellatio. manuū. quæ ſig. Directionem ōrōnis ad deum: Cōiūctionē cordis cū ore: oris cū ope: fidei cū operibus charitatis Crucifixionem ſiuæ affictionē xp̄i in cruce.

Quinto Digitoꝝ ſcili. policis cū indice copulatio: quæ fit Propter ſacri reuerētiā & picuꝉi cancelā ne ſi aliq̄ p̄ticula digitis adheſerit: diſperdatur. Ad ſignificandā copulationem



capitis cū mēbris. i. xp̄i cum eccleſia.

Sexto. Corpis īclinatio q̄ fit ad Repræſentandam humilitatē & obedientiam xp̄i: ex quibus paſſionem ſuſcepit Incitandum cælebrantē & aſtantes ad humilitatem & deuotionem.

Arti. vij Rationem quæ ſignificationē declarans ſexti principalis: quod in miſſa agitur: ſcilicet Multiplex per cruces ſignatio.

¶ Multiplex ſignatio per cruces: fit ad repreſentandum modum & ordinem dominicæ paſſionis. Et quia illa paſſio quibuſdā gradib9 fuit peracta. Quædam enim paſſionis partes crucifixionem præceſſerunt: & quædam in cruce conſumate ſunt. Ideo etiam quædam cruces fiunt ad repræſentandum ea quæ paſſus eſt dominus ante crucifixionem: vt ille quæ fiunt ante cōſecrationem. Quædā vero fiunt ad repræſentandū ea q̄ in cruce vel poſt crucē facta ſūt: ſicut ille q̄ fiūt poſt cōſecrationē. Perficitur aūt iſta ſignatio per decē vices.

i ¶ Cruce triplici: ſub ill' v̄b. Hæc ✠ dona. Hæc ✠ munera. Hæc ✠ ſancta ſa. ad repreſentendum traditionem xp̄i factā ſcilicet a deo patre. iuda: iudeis.

ij ¶ Cruce triplici: ſub illis verbis. Bene ✠ dictam. Aſcri ✠ ptam. Ra ✠ tam: ad repreſentandum venditionem perfectam a ſacerdotibus, ſcribis & phariſeis: vel venditionis præcium: ſcilicet triginta denariorum. Vbi additur duplex crux ſub illis verbis:

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſcilicet Cor ✠ pus. San ✠ guinis. Ad re
preſentandum iudam vẽditorem: & xp̄m
venditum.

iij ¶ Cruce vnica in cõſecratione corporis
ſub illo verbo. Bene ✠ dixit.

iiij ¶ Cruce vnica in conſecratione ſangui
nis ſub illo verbo. Bene ✠ dixit: ad repre
ſentandum præſignationẽ paſſionis xp̄i
factam in cena: per eius ſacramenti inſti-
tutionẽ ſub ſpecie panis & vini, vel paſſio
nem chriſti in corpore & anima.

v ¶ Cruce quintuplici: ſub illis verbis. Ho
ſtiã ✠ puram, Hoſtiam ✠ ſanctam, Ho-
ſtiam ✠ immaculatam. Panem ✠ ſanctũ
vitæ æterne. Et calicem ✠ ſa. perpe. Ad
repreſentãdũ quinq; plagas: ſiuę quinq;
vulnera principalia corporis chriſti.

vj ¶ Cruce triplici: ſub illis verbis. Cor ✠
pus. Et ſanguinem ✠ ſumpſerimus. Om
ni bene ✠ dictione &c. Ad repreſentan-
dum corporis chriſti extenſionẽ ſangui-
nis infuſionem: paſsionis fructum.

vij ¶ Cruce triplici: ſub illis verbis. Sancti
✠ ficas: viui ✠ ficas: Bene ✠ dicis. Ad
repreſentandum triplicem orationẽ xp̄i
in cruce: ſcilicet pro Perſecutoribus: pro
Liberatione a morte: pro Adeptiõe gl'iæ

viij ¶ Cruce triplici: ſub illis verbis. Per ✠
ipſum. Et ✠ cum ipſo. Et ✠ in ipſo. Ad



repreſentandum tres horas quibus chri
ſtus pepẽdit in cruce quia ab hora ſexta
vſq; ad nonam.

ix ¶ Cruce duplici: ſub illis verbis. Deo ✠
patri omnipotenti. In ✠ vnitate ſpiritus
ſancti. Ad repreſentandum ſeparationẽ
animæ a corpore.

x ¶ Cruce triplici: ſub illis verbis. Pax ✠
domini. Sit ✠ ſemper. Vo ✠ biſcũ. Ad
repreſentandum chriſti reſurrectionem
tertia die factam.

Arti. viij Exponens rationem ac ſignifica-
tionem ſeptimi principalis.

Hoſtie fractio fit ad
- Obſeruandum formam quam chriſtus circa confeſſionẽ huius ſacramenti tenuit. Ipſæ enim panem fregit.
- Repreſentandum
  - Paſſionẽ chriſti in qua corpus eius vulnerationibus fractum ſiuę diuiſum fuit.
  - Diſtinctionem corporis xp̄i myſtici: ſecũdũ diuerſos ſtat⁹ ei⁹

Arti. ix. Rationem & ſignificationem octa
ui principalis declarans.

¶ Circa miſſionem partis hoſtie in calicẽ
aduertẽdũ: q̄ hoſtia frãgit̃. p̄mo in duas

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

medietates:ad deſignandum duplicē ſta
tum prędeſtinatorum:ſcilicet eorum qui
ſunt. In æterna gloria: & in temporali mi
ſeria. ¶Iſta namq; medietas quæ ex ma-
nu dextra ſuper patenam indiuiſa collo-
catur:ſignificat prædeſtinatos qui iā ade
pti ſūt beatitudinē:q̄ p dexterā intelligit̄
¶Alia vero medietas q̄ in ſiniſtra recol-
ligitur diuiditur in duas partes: quarum
vna medietati ſuper patenā collocare cō
iungitur:& ſignificat illos qui ſunt in pur
gatorio qui quidem licet beatitudinē nō
dū habeant:ſunt tamen certi de ea. ¶Al
tera quæ poſt hanc diuiſionem in dextra
tenetur mittitur in calicē:& ſignat p̄deſti
natos adhuc in hoc ſeculo viuentes: qui
q̄uis de beatitudine habenda certi non
ſint:illam tamen virtute paſſionis & ſan-
guinis xp̄i cōſequentur:licet per multas
tribulationes q̄ per calicē ſignificantur.

Arti.x. Aſſignans rationem & ſignificatio-
nem noni principalis. Poſtq̄ ſacerdos di-
xit. Agnus dei &c. oſculatur librum vel al
tare vel aliud ſecundum conſuetudinem
loci. Et deinde miniſtrum vel ymaginem,
vel tabulam per eundem ſibi porrectam
quæ vlterius exhibetur aſtantibus oſcu-
landa. ¶Primo ideo:vt cælebrans nō ſo-
lum cum deo pacem:ſed & cum proximo



ſe habere proteſtetur. ¶Secūdo ideo:vt
alij oſculantes profiteantur ſe eſſe cōiun
ctos in vnitate fidei. Per chriſtum in ara
crucis immolatum.

Arti.xj. Rationem ac ſignificationem deci
mi principalis exponens. ¶Poſt commu
nionem & calicis ac digitorum cum vino
ablutionem:ſumitur illud vinum. ¶Prio
ideo:vt reliquie ſpecierum ſacramenta-
lium ſi quæ in ore remanſerint cum illo
tranſglutiantur. ¶Secundo:vt per hoc
ſignificetur q̄ ſacerdos deinceps manere
debeat mūdus:Et ſeruare ſaporē ac odo-
rem vini

| | | |
|---|---|---|
| Cōpunctionis & triſtitie. | in | Corde. |
| Grarū actiōis & leticie. | | Ore. |
| Recte cōuerſationis & iuſticie. | | Vita & opere. |

Articu.xij. Superius determinata breuiter
epilogans:& hoc opus concludēs
Ea quæ circa officium miſſę quo ad mini
ſtrum cælebrandi locum,tempus,ac cæte
ra in ſummario huiꝰ operis annotata:du
bitationem ingerere poſſunt ſub cōpen-
dio ſufficienter reſoluta putamus. Nam

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſi aliqua alia occurrant ex his q̃ diffinita
ſunt diligẽter conſideratis de facili ſolui
poſſunt. ¶ Sollicite pręterea curret ille p̄
cui⁹ negligẽtiã defect⁹ aut error aliq̃s cõ
miſſ⁹ fuerit: vt debitã ſup illo pnĩam agat
¶ Et q̄a iuxta ſacrorũ canonũ cõſtitutio
nes q̄dã defectus ſpecialẽ exigũt ſatiſfa-
ctionẽ: tutũ eſt vt in caſib⁹ difficilib⁹ p̄la-
tus ſuperior cõſulat: cui tales ſunt reſer-
uandi. ¶ Nõ lateat deniq; lectorẽ: docto
res diuerſos circa quædã in ſuperioribus
determinata nõ vniformiter ſed ſæpius
cõtrarie ſentire: vñ fieri nõ potuit vt ſin-
gulorũ ſentẽtias imitaremur: ſed hoc no-
bis ſuffeciſſe videtur: vt omni affectu ad
opinãtes ſecluſo: id q̄d nobis verius aut
magis congruũ vel tuti⁹ viſum eſt vt diffi
niremus: ad gl'iam ieſu xp̄i: qui cũ p̄re &
ſpũ ſctõ viuit & regnat in ſcl'a ſæculorum
benedictus. Amen.

Accipite optimi ſacerdotes hoc opuſ-
culum (ad debitum ordinẽ & ritũ circa
cælebrationẽ miſſarũ tenendũ) vtiliſſi
mũ: vigilanti ſtudio atq; ſumma diligẽ-
tia nup in inſigni Salmãticẽſi ciuitate
impræſſum arte & induſtria Ioannis
Iunte. Per actũ ꝯo. xj. die mẽſis Ianua
rij. Anno dñice Incarnationis Milleſi
mo q̄ngenteſimo q̃drageſimo ſeptimo

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES